ADRIANI BEIERI JCti & P.P.

TYRO.

PRUDENTIÆ JURIS OPIFICIARIÆ PRÆCURSORUM EMISSARIUS

Der Lehr-Jung

CUM AUGMENTO DENUO PRODIENS.

JENÆ,
APUD CHRISTIANUM POHLIUM. 1717.

Prænobiliſſimis, Conſultiſſimis, Excellentiſſimis, Ampliſſimis, Prudentiſſimisque

VIRIS,

Inclutæ, atq; ab Eccleſia Cathedrali, Nundinisque univerſalibus nobilitatæ Civitatis

NAUMBURGENSIS

DNN. CONSULIBUS,

SYNDICO,

cœterisque

ORDINIS SENATORII PATRIBUS CONSCRIPTIS.

DNN. Patronis, Fautoribus atque Amicis multis mihi nominibus honorandis,

Benè agere!!

Nobi-

VIcinitas illa, quæ Inclutam Urbem Ve-ſtram Naumburgum, noſtramque intercedit Jenam, non utriusque cives modò ad quotidianam converſationem & multiplicia invitat commercia, Verum etiam animos reciproco quodam amoris nectit vinculo, ut quisque & cupiat benè & benè alteri facere ſtudeat: Niſi quod præcipua hæc Vobis ſit gloria: Plura conferre quàm poſſint retribui: Nam forum noſtrum fragrantiſſimis floribus odoratum faciunt veſtri, & cellas ſapidiſſima non minus quam ſaluberrima replent cereviſia: quin, quod nobilius, ſtudioſa juventus Veſtra, non minori ad nundinas literarias, quàm in Petro-Paulinas nos effundimus, alacritate huc confluit. Enim verò, tranſitoria hæc ſunt; dum verò ad connubiorum jura noſtrates admiſiſtis, quid aliud, quàm perennitatem addere voluiſtis? ſic etenim ſera quoque poſteritas de hac unione teſtabitur. Neque verò mittere ſolùm huc uxores tanquam ad exteros, ſed ad jus civitatis quoque admittere haud dedignati eſtis noſtros. Non ſanè exigua hæc; ſed quando in Senatum legi, & Conſulari dignitate ornari contigit civi noſtro, Virum dico Prænob. Conſultiſs. atque Excellentiſs. Dn. Adolphum Riemerum, Celeberrimi JCti atque Anteceſ-

ſoris quondam Salani filium, Fautorem meum ſtudioſiſſimè colendum, colophonem utique impoſuiſſe Vos propenſiſſimo in noſtrates affectui fatendum eſt. Aſt tamen neutiquam finem. Ita omninò credo, gratiam favoremque Veſtrum in me meosque derivaturos Vos eſſe: qua ſpe fretus, & literarium hunc fœtum, quem ut Prudentiæ juris opificiariæ prodromum nunc in publicum emitto, Honori Veſtro dicatum; Tutelæ inquam, patrocinioque commiſſum; & Filium, quem Electorali Scholæ Portenſi, in ſpem atque uſum patriæ formandum, ante annum tradidi, Benignitati veſtræ, pro indigenatu impertiendo, commendatum volo, Deum precatus, uti Germaniæ noſtræ ab hoſtibus pacem atque ſecuritatem, Patriæ Patribus concordiam atque regimen exoptatum concedere velit, quo vicinæ hæ cognatæque civitates ſororiam amicitiam ulterius colere, & ſub Ruta Saxonica perpetuum florere queant; mihi denique vires occaſionemque concedere velit, ipſo facto me præſtandi

Nobiliſſ. Excell. Prudent. atque Amplitud. Vrarum

Dab. è Muſæo d. 6. Sept. 1682.

ad quævis officia civilitatis paratiſſimum

A. B. D.

Nobi-

Nobiliſſimo & Ampliſſimo

DN. ADRIANO BEIERO, JC.

S. D.

JOANNES SCHILTER.

E*T Tyronem, quem jam promoves, & Magiſtrum, & quæ reliqua de Collegiis opificum eorumque jure meditatus es, volutavi; atque tum induſtriam tuam, tum ſingularem peritiam & dexteritatem Lectori ſatis Te commendare deprehendi. Atque ſi argumenta, quæ rudi Minerva & per modum collectaneorum tantum ab aliis congeri ſolent, ſola raritate non inaccepta eſſe videntur: certè eò gratiora peritiori Lectori Tua fore confido quippe quibus præter ſuperiora, etiam raritas ipſa argumenti accedit. Enimverò, tota res opificiaria & civili & domeſticæ ſocietati adeò neceſſaria eſt, ut cum utraque & ortum ducat & neutra ipſa carere poſſit. Germania noſtra, etſi in priſca ſua innocentia artificioſioribus iſtis opificiis facilè caruit, cultior tamen poſtea reddita, & imprimis Henrico Aucupe auſpice urbes & oppida mœnibus cingere diſcens contra Hunnorum irruptiones, neceſſe putavit, non modó*

varios opifices allicere, ſed etiam certis privilegiis & cum jure prohibendi collegia ſingulis concedere. Quæ ratio quum hodiê fere ceſſare videatur, & ſuperfluus opificum numerus appareat, conſultius videri poſſit, iſti non usque adeò pertinaciter inhærere, ſed imò extraneos quoque opifices artificioſiores domeſticis, haud arcere. Qua de re noſtrates graviter monuit illuſtris SEKENDORFFIVS *de Stat. Princip. German. in Addit. §. 41. Quidquid tamen ſit, ſive collegiis certis includantur opifices & monopoliorum jure gaudeant, ſive libertati ſuæ relinquantur, certè carere iis Reſp. non poterit. Hinc eò magis mirandum, quod tum de horum ratione civili, tum de jure & praxi horum collegiorum in foro quotidie trita, nemo ex profeſſo hactenus, quod ſciam, tractaverit. Quare quum Tu hanc glaciem primus ſcindas, eò major gloria Te manet, Zoilos ignominia premat. Vale Tu & rem porrò benè gere. Dab. IV. Sept.* CIↃ IↃC LXXXII.

Præ-

Præfatio ad Lectorem

Secundùm conditionis diverſitatem Honorandum.

NE prolixa Præfatione exiguo libello præmiſſa, puſillo corpori magnum imponere velle caput videar, paucis me expediam. Negari non poteſt, Jus noſtrum diverſis quidem ſcriptionibus excultum, & in capitibus præcipuè univerſalibus oppidò illuſtratum eſſe, atque in eo nunc laborari, ut particulares quoque materiæ ad ſuam perfectionem & nitorem perducantur. Hinc varios de Privilegiis, de certis Perſonarum, Rerumque peculiarium juribus tractatus hactenus vidimus, quos recenſere præter ſcopum eſt: ad integras univerſitates itum, atque Mercatorum jura peculiaria ante hos viginti annos orbi literario dedit inſignis ille atque Nobilis JCtus Marquartus, qui multos excitaſſe videtur ad ea, quæ Opificum propria ſunt jura, luſtranda; unde tot diſputationes atque alii tractatus, de jure Tribuum atque Collegiorum, quibus ſua omnino laus debetur, ut ulterius aliquid in eo genere tentare, ſupervacuum putaveris, atque Iliada poſt Homerum ſcribere, cum nihil dici poſſit nunc, quin dictum ſit prius. Quia tamen campus hiece omnibus patet, auſus fui & ego illum ingredi atque percurrere; complexus videlicet *Syntagma totius Juris opificiarii*, quantum quidem licuit per vires ingenii, quas profiteor exiguas. Ac ne, vel Lectori multa ſcriptione tædium, aut operoſis ſumtibus Negociatoribus librariis moleſtus exiſtam, opus in partes diviſi, ſingulis nundinis, ſi DEUS Pacem, vitam atque otium dederit, unam earum in publicum daturus, ſi non largior Bibliopolæ alicujus manus integrum opus popoſcerit, atque antevertere me juſſerit. Toti autem Corpori Præcurſores quosdam dedi, è quibus Tyronem nunc, tanquam exploratorem atque emiſſarium præmittere conſtitui; ut, ſi diſplicere orbi literario laborem meum animadvertam, jacturam non adeò magnam in fuliginoſo tyrone opificiario ſentiam, principaliores perſonas & materias in ſalvo retineam. Sin plauſum meruero, non pigebit, quidquid hujus argumenti elaboratum habeo, & ſanè non ſine labore, in publicum tantò alacrius dabo, quanto plùs publico me debere animadverto. Vale interim Lector benevole, & benigniter de his conatibus noſtris, ubi prius legeris, judica.

Index

Index Capitum.

CAPUT I.
Nomenclatura & Neceſſitas.
CAPUT II.
de Autodidactis.
CAPUT III.
de Qualitate docentium: Von Lehr-Meiſtern.
CAPUT IV.
de Sexu & ætate diſcentium.
CAPUT V.
de Nativitate legitima.
CAPUT VI.
de Nativitate honeſta.
CAPUT VII.
de Aconventatione. Von Uffdingen
CAPUT IIX.
de Monomathidia.
CAPUT IX.
de Periodo doctrinæ, ſeu Spaciis diſciplinaribus, Von Lehr-Jahren.
CAPUT X.
de Emendatione Puerorum.
CAPUT XI.
de Didactro. Vom Lehr-Gelde.
CAPUT XII.
de Miſſione. Vom Freyſprechen.

Cap.

CAP. I.

Nomenclatura & Neceſſitas.

Conſpectus.

Neceſſaria artibus perennitas obtinetur, novorum hominum ſuperinductione. n. 1. 2.
Differentia inter artificium & opificium notatur. n. 3.
Incrementa artium faciunt florem reipublicæ. n. 4.
Poteſt certus numerus opificum vel artificum à Principe definiri. n. 5.
Novi homines opificum vocantur apud Germanos Jungen, *n. 6. 7.*
Item Knechte, *n. 8.*
Item Knaben, Lehr-Knaben, *n. 9.*
Latinis dicuntur Tyrones. n. 10.
Diverſa ſignificatio vocabuli Knecht *notatur. n. 11.*
Acceptio vocis Knabe *ex antiquo Statuto illuſtratur. n. 12.*
Vox Knappe *explicatur n. 13.*
Vox tironum primum bellica. n. 14.
Deinde ad uſum forenſem fuit tracta. n. 15.
Denique hac denotati in quavis profeſſione novitii. n. 16.
Tironis vocabuli orthographia. n. 17.
Numerus militiæ quid ſit & applicatio ad matriculam opificiariam. n. 18.
Plinii locus adducitur & explicatur. n. 19.
Tyrocinii vox exponitur. n. 20.
Novitius deſcribitur & explicatur. n. 21. 22.
Elogium tironibus dandum. n. 23.
An diſcipuli contineantur ſub appellatione artificum. n. 24.
Ars continetur ſub alimentis, quæ à parentibus debentur. n. 25.
Diſtributio Tractatus traditur. n. 26.
Neceſſitas inſtitutionis tyronicæ cum rationibus dubitandi adducitur. n. 27 28. 29. 30. 31.
Declaratur damnum, quod ex neglectu tironum Collegiis opificum naſcitur. n. 32.

Adiumentum tironis in magiſterii opere. n. 34.
An tiro ſit teſtis idoneus. n. 35.

§. I.

1 AD artium & opificiorum perennitatem obtinendam, non præſtat modò & conducit, verùm neceſſe eſt, Novos ſubinde homines ad illa trahi & allici, qui eis inſtituantur atque initientur, tem-
2 porisque ſucceſſu in locum decedentium ſeniorum ſurrogentur. Atque ſervatur hoc, ut in omnibus aliis diſciplinis ac profeſſionibus, ita inter opifices quàm diligentiſſimè: ſic, ut & numero & tempore definiri eam rem oportuerit, Ne cuivis, nec quovis tempore id liceat; prout inferius ſuô locô pluribus allegabitur.

ANNOTATIONES.

3 * *Artium & Opificiorum.* Nonnulli quidem differentiam ſtatuunt inter *artificium* & *opificium*; ita, ut *artifices* dicantur, ubi animi magis miniſterium opera dirigit, *opifices* vero, ubi corporis miniſterium prævalet. Verum de Jure Civili artificum & opificum appellatio habetur communis, prout notat Vlpianus *in l. 1. §. 7. ff. de extraord. cognit.* ibi: *Sed cæterarum artium opificibus, ſive artificibus, quæ ſunt extra litteras vel notas poſitæ &c.* Atque etiam hîc vocabulum artis generalius dicitur, ita, ut appellatio iſta non modo opificium ſed & artificium in ſe complectatur, maximè in hac materia, ubi de inſtitutione tyronica agitur, ubi in receptione, inſtitutione ac *miſſione* pariter opifices, ac artifices in ſpecie ſic dicti, ad jura, obſervantias & articulos ſui Collegii pari modo aſtringuntur. Add. *l. artifices 1. C. de Excuſat. artiſic. l. ult ff. de Jur. immun.* Ruland. *de Commiſſar. Part. 1. Lib. IV. Cap. 5.*

4 * *Novos.* Incrementum certè artium & diſciplinarum in eo conſiſtit, plura ſubjecta in iis operari; multitudo ſiquidem ingeniorum, & ipſa naturalis varietas, varia inde nova inventa producit, & mirifice inter ſe permixta ad uſum humanum transfert. Et certè quo magis opificia in Republica florent, eo magis victus hominum & commercia augentur; plures enim in republica ex artificiis & opificiis, quam ex aliis proventibus victitare, experientia teſtatur. Id quod vel ex eo patet, quod ex ſolis duobus *lanæ* & *ſerici* opificiis, multa hominum millia, Mediolani, Venetiis, Genevæ, nec non in Germania quoque, poſtquam uſus *Manufacturarum* plenius eſt introductus, victum ſuum quærant, uti optimè notat Obrechtus in Politiſchen Bedencken von Verbeſ-
ſerung

ſerung Land und Leute. Vt hinc rectè conſervatio eiusmodi Collegiorum partem faciat ſalutis publicæ, & non ſine ſummo detrimento poſſit negligi Conf. Mevius *Comment. ad Jus Lubec. Part. IV. Tit. XIII. Artic. 3.*

* *Numero.* Hoc Principis reſervatum eſt, Collegia Opificum ad certum nume- 5
rum reſtringere, quod vocari ſolet ein beſchloſſen Ampt. Si videat excreſcentiam nimiam artificum fore publico damnoſam Ziegler. de *Jure Majeſt. Lib. 1. Cap. 47. th. 3.* Muller. in *Not. ad Struv. Synt. Civ. Exerc XXIII. th. 67.* Atque ita reſpondit Senatus Stetinenſis in Sachen der Weißbecker und Loßbecker eiusdem civitatis, prout refert Mevius *Reſponſ. XI.* verb. Und endlich verabſchiedet, daß E. E. in Annehmung der Loßbecker allewege die Weißbecker gerühmter Anzahl der Loßbecker darnach moderiren wollen und ſollen, daß der gemeine Nutz geſuchet, und jedes Theil ſeine Nahrung haben könne.

§. II.

Vocantur autem eiusmodi Novi homines *Pueri*, germanicô idiomate 6
Jungen / ab ætate puerili, ad artes tamen percipiendas maximè idonea; & quòd præſtet, maturè aliquem ad aliquid diſcendum adhiberi, prius quàm otio nimium adſuevit, ac minus docilis evaſerit, juxta vulgatum illud:

Hanſellus teneris quidquid non diſcit in annis,
Hans nunquam diſcet, ſemper ineptus erit.

Vel, cum proſtheſi quadam, Lehrjungen/ quô vocabulo tum ſtatus eorum, 7
tum officium innuitur. Nam præter diſciplinam, ad familiam etiam adhibentur. Hinc quorundam opificum atque collegiorum inſtitutis vo-
cantur quoque Servi Knechte/ uti *articulus* ſtatutorum *inter Lanios* Ao. 1603. 8
conditorum habet, in verbis: Es ſoll kein Meiſter in ſechs Jahren nicht mehr denn einen Lehrknecht lernen. Jedoch dergeſtalt/ daß es dem Meiſter frey ſtehen ſoll / einen Lehrknecht uff 6. oder 5. Jahr ꝛc. Huic conſonans eſt *art. V. ſtatutorum inter Piſtores, ibi:* Es ſoll auch kein Meiſter in der Stadt einen Lehrknecht / der nicht eines Bürgers Sohn iſt ꝛc. *Tinctores articulo I.* ſuorum ſtatutorum, trina vice eam vocem repetunt. Eſtque ea vox aliquot opificiis uſitata & quaſi communis, ob hoc forſan, quòd officium puerorum ſuorum magis in miniſterio quam doctrina conſiſtat; aut quod plus Laboris quam artis requirat, eaque propter non tam pueros quam juvenes in doctrinam adoptent, quorum corporis robur durioribus ſufficiat labori-
bus. Sed Receſſus Imperii molliori & quodammodo *honeſtiori vocabulo* 9
utuntur, eosque *Puerorum* nomine indigitant, Lehrknaben. *Reform. Polit. Auguſtæ Vindelic. 1530. T. 39. §. 1. 1548. Tit. 37. rubr.* von Handwergs-Söhnen/

Geſellen / Knechten und Lehrknaben / &c. dieweil in dem Heyl Römiſ. Reich teutſcher Nation: *ibi:* Von wegen der Meiſter-Söhn / Geſellen / Knecht und Lehrknaben viel Unruhe ꝛc. quod repetitur *1551.* §. *83. 1559.* §. *76. 1577 in Reformat. polit. Francofurt. Tit. 38.* tam in rubro quam §. Dieweil auch *ſecundo.* iisdem verbis, quæ propterea huc transſcribere ſuperſedemus. *add. R. I. 1594.* §. *123.* Cui etiam conſonat Fürſtl. Magdeb. Polizey-Ordnung *de dat. 6. Julii 1652. cap. VIII.* §. Wenn auch gleich. *v.* Solche und ander beſchwerliche Mißbräuche und untügliche Gewohnheiten aber / ſo die geſchenckten und ungeſchenckten Handwerge / auch der Meiſter Söhne / Geſellen / Knechte und Lehrknaben halber/und ſonſt vielfältige. pag. 504. conf. Wehner. *Obſ. pr. verb.*
10 Knabe. *p. 443.* Quare latino ſermone Pueros, Famulos, aut Servos dicere poſſes; ſed ad mores & uſum linguæ Romanorum accommodatius vocari poſſe TYRONES exiſtimamus.

ANNOTATIONES.

11 * **Knecht.** Vocabulum quidem Knecht alias ad uſum domeſticum tantum refertur, uti Hauß-Knecht, per quem potiſſimum nauta, caupo, ſtabularius res hoſpitum recipit, atque ex receptione per iſtum facta viatoribus res ſuas inferentibus obligatur *l. 1.* §. *2. & ſeqq. ff. naut. caup. ſtabular.* Struv. *Synt. Civ. Exerc. VIII. th. 110.* Similiter & ille ita dicitur, qui aliis negotiis domeſticis curandis eſt præpoſitus, Mevius *Comment. ad Jus Lubec. Lib. III. Tit. VI. Art. 5. n. 14.* Deinde etiam de Vſu militari ac diſciplina caſtrenſi dicitur, uti Reiſigknecht, Kriegsknecht, qualis appellatio in Articulis militaribus & Receſſibus Imperii frequentiſſimè occurrit. Et inde quoque deſcendit vocabulum Knechtgeld, quod eſt pecunia vel collecta propter ſuſtentandos milites in propugnaculo quodam cuſtodiendo impoſita, Schatzung, Wacht- und Knecht-Geld. Add. Seiler. in *Sentent. Camer. 3. Jul. 1562. fol. 537.* Mundius de *Muner. Cap. 2. n. 76.* Ex hujus proinde analogia cenſetur vocabulum hoc Knecht ad forum opificiarium eſſe translatum, atque ad tyrones applicatum; ſiquidem & hi in imperio, ac familia ſui magiſtri exiſtunt, ejusque inſtitutioni atque diſciplinæ ſubiacent, quousque ſcilicet limites diſciplinæ opificiariæ & cura inſtitutionis hoc requirit.

12 * **Knabe.** Eſt vocabulum Knabe verbum generale, puerum minorem, puberem & impuberem ſignificans. Vocabulo enim Knabe, in lingua nobis vernacula, non tantum in ephebis conſtitutus, ſed &, qui ex ephebis egreſſus eſt puer; imo vir etiam ætatis maturæ indicatur. Eſt vero uſus huius vocabuli apud Teutones certè antiquiſſimus, & licet in famoſiori & frequentiori ſignificatu de impubere dicatur, tamen etiam pro ſubſtrata materia quandoque de pube-

re

re poteſt intelligi, prout verba antiqui alicuius ſtatuti adducit Pfeil. *Cent. 1. Conſ. 12. n. 1.* ibi: In der erbaren Stadt A. iſt ein alt Recht über dritthalb hundert Jahr öffentlich gehalten, daß kein Knab / dem Guth angeſtorben iſt, ohne Rath ſeiner Freunde zur Ehe greiffen ſoll. Id quod proinde idem Pfeil. *l. cit. n. 53* ita explicat: So erſcheinet aus den Unterſchied der Perſonen, darauff Erb-Guth verſtorben iſt, und denjenigen, der in der Geſtalt nicht begütert, welcher denn in dieſen Punct inſonderheit auch ausdrücklich angezeiget iſt, daß des Statuti Meynung die ſey, zu verhüten, daß denen nechſten Freunden, als denen anwartenden Erben, ohne ihr Bewuſt und Bewilligung, von den Gütern in frembde und vielleicht unleidliche Geſchlecht nichts verändert werde. Welche Entwendung ie von mündigen und volljährigen ſo wol als von unmündigen und minderjährigen kan vorgenommen werden. Daraus zu verſtehen, daß das Statut ſolchen Vorfang der Freunde, bey den Alten ſowohl als bey den Jungen verhütet und abgeſchafft haben wolle. Und alſo nicht auf die Unmündigen und Kleinjährigen allein, ſondern auch auf die Mündigen und Volljährigen zugleich gemeynet, und darum auch ingemein auf beyderley Knaben zu vernehmen ſeyn müſſe.

* Lehr-Knaben. Ex hoc ipſo vocabulo Knabe, deinde vox Knappe orta videtur, 13
uti eſt Mühl-Knappe, Berg-Knappe. Quamvis enim hæc appellatio ad boethos potiſſimum referatur; Attamen etiam de tyronibus & famulis opificii dicitur; uti habet Bechmann. *Exercit. Exoter III. n 110.* Ein Meiſter iſt ſein Weib oder Tochter, zu ſeinen Handwerck zu ſetzen, und vor einen Knappen arbeiten zu laſſen befugt. Jam vero conſtat ex obſervantia opificiaria, magiſtro permiſſum eſſe, non tantum liberis uti, loco boethorum, ſed etiam loco tyronum, ita, ut in numerum conſuetum non computentur, cum iure familiæ, non iure opificii operam illarum perſonarum adhibere videatur.

§. III.

Equidem Tyrones apud Romanos ad rem militarem referebantur, & 14
intelligebantur Juniores ſ. Novitii, atque opponebantur Veteranis; Erantque qui publicis ſtipendiis in militari diſciplina inſtituebantur, & militiæ deſtinati ad pugnam exercebantur; qui deinde, ubi ſatis videbantur inſtructi, in numeros referebantur, nec ante privilegia militiæ habebant. A 15
militia tamen ſagata poſtmodum id tractum ad togatam; & Plinius Tyrones appellavit, Adoleſcentes, forenſibus ſtudiis, ſumta toga præparatos: quorſum alludit Quintilianus quando *Lib. XII. orator. inſtit.* ſcribit: Nec rurſus differendum eſt tyrocinium in ſenectutem; Adeoque Tyrocinium, non intelligit militare, ſed forenſe. Cœpit denique Tyro ad omnem ar- 16

tem reformari, & Tyrocinium pro prima actione in quacunque arte dici: quod etiam Tyrocinium facere, Ponere rudimentum dicitur. Siquidem Tyro extra militiam, rudem & inexercitatum ſignificat. Quid vetat igitur, Opificum ſcholares eadem ratione dicendi Tyrones vocare?

ANNOTATIONES.

17 * *Tyrones.* Vel potius *Tirones.* Quanquam enim multi ſcribant per *y* quibus etiam favet inſcriptio à Manutio laudata in Orthographia; Attamen non apparet, unde græca littera venerit in hanc vocem. Certè in Pandectis Florentinis, & aliis inſcriptionibus vetuſtis, littera Latina *tiro* ſcriptum eſt. Vnde ſcribit Voſſius in *Etymologico pag. 522.* ibi: *Tiro non per y ſed i ut eſt in Pandectis Florentinis imo & antiquis inſcriptionibus; in quo perperam ſententiam mutavit Manutius, falſa inſcriptione deceptus. Nec enim verum eſſe ſatis oſtendit Ant. Auguſtinus Dial. XI. Eſt vero Tiro* νεόλεκτος, νεοςράτευτος, νεοσύλλεκτος, *ut exponunt Gloſſæ veteres. Dicitur ex Becmanni mente à* τέρην, *quia etiamnum tener ac rudis. Nam opponitur veterano. Malim tamen, quia ſe primum terit, hoc eſt, exercet.*

18 * *Numeros.* Numerus militiæ eſt Catalogus, in quo militum nomina erant deſcripta. Lectus proinde tiro publicis expenſis iter faciens, nondum erat miles, nec privilegia militaria in teſtando participabat. Quamprimum vero in numerum referebatur, fit miles *l. 1. in fin. ff. de bon. poſſeſſ. ex teſtam. milit.* Idem propterea ad *matriculam* Opificum referri poteſt. Vt nimirum ille, qui famulitii tantum cauſa apud magiſtrum eſt, non habeatur tiro, nec in numerum tironum alias magiſtris præfinitum computari debet. At ſi ſemel fuerit pro tirone receptus & immatriculatus, tunc opificum jure, privilegiis, ac ordine Collegii ſui gaudet.

19 * *Plinius.* In *Hiſtor. Natur. Lib. VIII. cap. 48.* ubi ita ſcribit: *Ea prima texuit rectam tunicam, quales cum toga pura tyroni induuntur, novæ quoque nuptæ.* Fuit autem toga pura, candida, quam induebant tirones, non quidem militiæ ſed forenſis eloquentiæ, cum apud iudices orabant & cauſas agebant.

20 * *Tyrocinium.* Vnde *tyrocinium animi* ponit Venuleius in *l. ult. §. 2. ff. de Ædil. Ed.* ibi: *Servus tam veterator, quam novitius dici poteſt. Sed veteratorem non ſpatio ſerviendi, ſed genere & cauſa æſtimandum, Cælius ait; Nam quicunque ex venalicio novitiorum emtus, alicui miniſterio præpoſitus ſit; ſtatim eum veteratorum numero eſſe; novitium autem non tyrocinio animi, ſed conditione ſervitutis intelligi. Nec ad rem pertinere, Latinè ſciat, nec ne, nam nec ob id veteratorem eſſe, ſi liberalibus ſtudiis eruditus ſit.* Dicitur nimirum tirocinium primum rudimentum ſive experimentum militiæ & eloquentiæ, quæ duæ artes

maxime

maximo in honore Romanis fuerunt, & ſupra cæteras æſtimatæ. Itaque & ille ipſe dies, quo auſpicandæ eloquentiæ cauſa ſumta virili toga, adoleſcentes deducebantur in forum, *Tirocinium* dicebatur. In *militia* autem *ſtipendia prima.* Sed eloquentiæ rudimenta priora: ſtipendia ſequebantur Add. Sueton. in *Aug. cap. 26.*

§. IV.

Quibus præmiſſis, haud erit difficile, per Tyrones in præſens intelligere Novitios in unoquoque opificio, probato alicui Magiſtro in diſciplinam traditos, ut intra certum annorum decurſum pro convento didactro, vel gratis ac pro mero famulitio, in illa arte inſtituantur, & abſoluto ſpacio, cum commendatione rurſus dimittantur atque emancipentur. Novitiatus nomine, ſeparatum eos imus à coeteris juvenibus, qui exantlatis puerilibus annis, in Conſortium Magiſtrorum, pro hebdomataria mercede aſſumti, liberius tractantur, ac Boëthi, germanicè Geſellen dicuntur. Traditos dicimus, à Parentibus ſcil. aut Tutoribus; ad differentiam jam memoratorum Sociorum, qui ſpontaneas Magiſtris locant operas, & arbitrariam habent manſionem ſive ſubſiſtentiam; quanquam & hanc ſuis legibus circumſcriptam: prout, cum ad eos ventum fuerit, videbimus. Ritè autem Tradi atque elocari oportet, ſeu, ex præſcripto ſtatutorum, quæ & ipſa de hoc articulo diſponunt: ut ſuô conſtabit loco. *vid. Cap. VII. §. 3. & 4.* Ratio autem formalis, & potiſſima Tradentis intentio, eſt Diſciplina ſeu inſtitutio; Famulitium ſaltim inſequitur: quanquam & durius & durabilius eſſe ſoleat, cum gratuita fruuntur doctrina, müſſen länger ſtehen. Solent quoque Parentes honoratiores liberaliorem tractationem aliquando paciſci & peculiari honorario redimere; ut & maiori aſſiduitate arti præeſſe, & indignis ſuperſedere queant ſervitiis. Elogium denique magno neceſſarium eſt opere adoleſcenti à diſciplina diſcedenti, ſi velit coeteris ſociis æqualis haberi, ſive quoad eorum converſationem, ſive quoad Magiſtri tractationem; prout ſuô pariter occurret locô. vid. interim. *cap. XII. §. 2. ſ.*

21 (margin, beside line 1 of §. IV)

22 (margin, beside "Ratio autem formalis")

23 (margin, beside "Elogium denique")

ANNOTATIONES.

* *Separatum.* Huc proinde referri meretur quæſtio; *An diſcipuli etiam novitii ſive tirones ſub appellatione artificum contineantur?* Quod nonnulli affirmant arg. *l 65. §. 3. de legat 3.* ubi dicitur, quod in legato ſervorum alicuius artificii, etiam illi contineantur ſervi, qui *tyrocinium* adhuc exercent, & eo nomine ſunt apud magiſtrum, prout illi, qui iam edocti ſunt. Nos diſtinguendum eſſe cenſemus; Aut agitur de iuribus toti Collegio *communibus* v. g. circa 24

ca privilegia artis ac opificii, & diſcipuli rectè continentur; vel de iuribus *pro-priis* magiſterii, & non continentur. Exemplum hujus rei eſt in teſtimonio peritorum in arte, ad quod certè diſcipuli ſeu tirones, ſub appellatione peritorum artificum, ad quorum arbitrium quandoque in iudiciis provocari ſolet, non continentur, cum hic ſatis pateat diverſitatis ratio, & quod tale tantum de peritis magiſtris ſit intelligendum Conf. Struv. in *Diſſert. de Teſtimon. peritor. in Arte* §. 11.

25 * *Parentibus.* Et certè ad officium & pietatem Parentum pertinet, curare, ut liberi, præter chriſtianiſmi doctrinam, etiam bonis artibus aut diſciplinis mechanicis in tempore inſtituantur, quo ſibi aliquando honeſtum victum quærere poſſint, & non fiant otioſi temporum fures; ſi quidem etiam ad culturam ingeniorum & neceſſariam reipublicæ politiam pertinet, tempeſtivè inſtruere idonea ſubjecta, & aſſuefacere ad laborem reipublicæ utilem. Vnde quoque ars alimentorum nomine rectè continetur, ſiquidem à parente vel proximo cognato alimenta puero legata fuerint, cum talem legati interpretationem, ex pietatis conjectura capere liceat Simon von Leeven *Cenſur. Belgic. Lib. III. cap. 8. n. 21.* Surdus de *Aliment. Tit. IV. quæſt. 6.*

§. V.

26 Dum tractationem hanc ſuſcipimus, ad Tria potiſſimum reſpicere nos oportebit. I. Rationem Fiendi, ſeu Initiationem. II. Exiſtendi, ſeu ſtatum Rei perfectæ. & III. deſinendi, ſeu Miſſionem & in aliam conditionem
27 transeundi. Quod primum attinet, ante omnia diſquirendum eſt de Neceſſitate atque inevitabilitate hujus generis hominum in vita civili & univerſitatibus opificum: *intellectâ* neceſſitate *non* in relatione ad ipſos pueros, quatenus ipſis præcisè neceſſarium ſit, opificibus ſe committere, cum mercimonia, rem naviculariam, metallicam vel oeconomicam addiſcere poſſint: verùm ad Magiſtros; ſeu ipſam artium naturam & ſtatum Reip. ipſamque adeò conditionem humanam. Annon ſuperſedere puerorum in-
28 formatione poſſint? *Occaſio quæſtionis* naſcitur ex corrupto genio & inclinatione perverſa quorundam opificum, qui omnia conſilia dirigunt ad paucitatem ſodalium, &, ſi vel maximè propter lucrum ſperatum recipiunt aliquem in diſciplinam, mallent tamen, ut vel non diſcat, vel intempeſtivô diſceſſu, jure quæſitô excidat, aut honeſte miſſus nunquam animô artem
29 ibi exercendi iſthuc redeat. *Rationes dubitandi* ſunt, Quia enim entia non ſunt multiplicanda præter neceſſitatem, & per ambages atque plura faciendum, quod brevibus atque paucis poſſet obtineri. At verò, ſocii Magiſtris tantò ſunt utiliores, quantò magis jam ſunt exercitati; Cur non

igitur

igitur eo gradu atque ſubordinatione puerorum ſuperſedemus? Aut, ſi dicas, abolitis tyronibus, ſocios haud exstituros: Quare non Operariis 30
utuntur, qui ipſis ad manus ſint, quamdiu opus iisdem habent, opere autem abſolutô, pro lubitu rurſus abdicare poſſint: qua ratione triplex ad Magiſtros redundaret commodum, 1. ut & tædioſa puerorum, fortè ſtupidiorum, ac non rarò refractariorum informatione liberentur: 2. deinde vel ſic obtineant ſcopum, contrahendi Magiſtrorum numerum in paucos: Ex pueris quippe ſocii, & ex ſociis fiunt Magiſtri, nullo ne- 31
gotio, ſolo temporis tractu. Fontem igitur ex parte puerorum obſtruas! eo maturè obduratô, novi haud propullulabunt ſocii, emanebunt tandem Magiſtri; ſic pauciores qui reſtabunt, certius atque pingvius habebunt lucrum.

ANNOTATIONES.

* *Paucitatem Sodalium.* Verum huic ipſi Collegiorum inſtituto non eſt indul- 32
gendum, ut numerum Collegiatorum pro lubitu augeant vel ſupprimant; maximè eo caſu, ſi magiſtratus deprehendat invidioſam quandam magiſterii denegationem. Nec attenditur tunc jus prohibendi Collegiis conceſſum, quippe quod in abuſum Civitatis noxium non debet extendi. Et poteſt tunc tali invidioſè prohibito, artis vel opificii exercitium, tanquam civi, auff ſein Bürger-Recht permitti, teſte Mevio *Part. II. dec. 157.* Si nimirum Collegium non habeat juſtam contradicendi cauſam. In quam ſententiam in Scabinatu Jenenſi deciſum refert Baro de Lynck. *Cent. X. deciſ. 991.* in ſequentibus formalibus: Ein Fleiſchhauer-Geſell meldet ſich bey der Knochenhauer-Gülde an, umb zum Mittmeiſter auffgenommen zu werden; die aber ihm daſſelbe abſchlägt, weil er in Beſchuldigung ſtehe, etliche Schweine einigen Orths geſtohlen zu haben. Er aber ſchlachtet hierauff vor ſich durch Vorſchub ſeines Schwieger-Vaters, und vertreibt mehr Fleiſch, denn andere im Handwerck: worauff das Handwerck die Obrigkeit imploriret, umb bey ſeiner Innung geſchützt zu werden, und daß dem Pfuſcher dieſe Stöhrerey niedergeleget werden mögte. Nun iſt zwar an dem, daß eine böſe Nachrede niemanden an ſeinen ehrlichen Nahmen verkürtzen kan: nec per convitium ſolum infamia quis notari poteſt *l. 1. & 2. ff. de his qui not. inf.* aut honor ejus & dignitas denigrari contumelia, qua premitur *l. un. C. de famoſ. libell.* Donell. *L. 15. comment. c. 38.* Auch mag eine Obrigkeit demjenigen, qui ob opificum pervicaciam recipi non vult, non attento Collegii jure, die Ubung des Handwercks auff ſein Bürger-Recht wohl verſtatten. Dieweil aber der Geſell durch etliche Zeugen,

ſo das Handwerck abhören laſſen, ſehr graviret: auch den Verlaut nach ſein Schwieger-Vater mit denen Eigenthümern der Schweine ſich abgefunden. Et vero, qui in crimine ſanguinis pœnam non inferente, transigit, infamiam incurrit *l. 1. l. 4. ff. de his qui not. infam.* Auch in eine Zunfft niemand auffgenommen werden ſoll, niſi qui honeſtè natus, honeſtè ætatem præteritam transegit, & honeſtè Collegii jura impetrat: auch nicht darinne geduldet wird, niſi qui in poſterum ſe honeſtè gerit. Wie denn auch niemand Pfuſcherey zu treiben, nachgelaſſen. Cum Opifices jus prohibendi habeant, und diſſfalls Sie zur Verweigerung der Auffnahme gerechte Urſache haben. So werden Sie von der Obrigkeit billig gehöret.

§. VI.

32 Enimvero, Commodi nomen haud meretur, quod mille circumſtatur incommodis. Finge, per unum atque alterum annum non agnos naſci, non vitulos; unde poſt triennium oves aut Tauros habebimus? mactatis præcipuè veteranis. Ad perennitatem igitur rei familiaris conſervandam, ſubinde in locum decedentium alia pecora, ut arbores in hortis, veniunt ſurroganda. Pari ratione nec ſocios, qui pueris carere ſe poſſe putant, brevi habebunt, ſenſim his in magiſterium transeuntibus, Niſi novos quoque faciant diſcipulos: Sunt enim hi ſeminarium omnium Collegiorum. Et, ſi in vicem eorum conducas Mercenarios, annon & hos temporis tractu magnam artis partem percepturos metuis? hi ſanè tandem, te neglecto, ſuis opera conducent auſpiciis! ita pro exiguo lucro, reducti magiſtrorum legitimorum numeri, copiam ingentem irregularium abs te, & nolente te tamen, procreatorum ſenties; quos, uti extra omnem collegii metam atque legem viventes, compeſcere atque in ordinem redigere fruſtrà & incaſſum laborabis, ſatisque ſerò, ſed tuô ſapies malô. Qua in re Murarii ſæpè adverſus Dealbatores parietum, & Tegularum, Viarumque ſtructores, tanquam amanuenſes quondam ſuos, conqueſti ſunt. Præſtat igitur Pueros adſciſcere, atque hos à puero ad mores & leges collegiorum adſuefacere; qui adulti, his fortiter inhærebunt, atque in aliis ſtatuent, quod ipſimet ſunt paſſi: Ita obſervantiâ ſtatutorum intemerata atque perennis erit.

ANNOTATIONES.

33 * *Pueros adſciſcere.* Vnde quoque nonnullorum Collegiorum Articulis proviſum eſt, ut in elaboratione magiſterii opificialis des Meiſter-Stücks non extranei, ſed tiro cujusdam magiſtri novo candidato magiſterii in adjumentum

tum accedere debeat. Prout habet confirmirte Becker-Ordnung zu Franckenhauſen die 30. Maji 1695. *Artic. 3.* In eines unverdächtigen Meiſters Ofen backen ſoll, und ſoll ihm dazu des Meiſters Weib und ein Lehr-Knabe behülfflich ſeyn.

* *Adſciſcere.* Sunt ergo pueri adſciti tanquam pars familiæ ſpectandi; Et inde non ſunt *teſtes* omni exceptione majores, ſi debeant pro magiſtro ſuo fidem aſſerere in judicio, cum ad teſtimonia *domeſtica* talia referantur arg. *l. pen. & l. 3. C. de Teſtib.* B. Beier. *Advoc. Rer. Opificial. Cap. 26. §. 5.* 34

CAP. II.
de
Autodidactis.

Conſpectus.

Cauſa efficiens Tyronum. n. 35

Status tyronum unde ſit. n. 36.

Paradoxon explicatur, informatorem non habuiſſe, & tamen novas produxiſſe ſpecies. n. 37.

Artis ferrariæ inſtitutio penes quos antiquitus fuerit. n. 38.

Tutorum & Curatorum officium circa inſtitutionem opificiariam. n. 39.

Avtodidacti deſcribuntur. n. 40.

Deus fons eſt omnium artium & opificiorum. n. 41.

Vſus, experientia & indigentia quatenus artem facere dicantur. n. 42.

Avtodidacti in artibus liberalibus. n. 43.

Objectiones Opificum contra avtodidactos diluuntur, & magiſtratus officium circa illos. n. 44.

Exemplum Avtodidacti. n. 45.

Informatio in ritibus ac juribus opificiariis convenit magiſtro circa inſtitutionem tyronis. n. 46.

Dicta quædam contra avtodidactos. n. 47.

Irregulares avtodidacti & illorum impedimenta in foro opificiario. n. 48.

Magiſtro non eſt permiſſum in duabus artibus tyronem inſtituere. n. 49.

§. I.

QUoniam autem nihil eſt cauſa ſui ipſius, nec in ſe ipſum operatur; Non immeritò Quæritur: Quæ cauſa ſit Tyronum ut talium, efficiens? 35

ficiens? Nimirum, non quoad artem ſolùm, verùm etiam quoad ſtatum exaudienda eſt quæſtio: 1. Utrum quis artem absque doctore diſcere queat? & 2. Qua ratione civilem illum ſtatum nanciſcantur; ut inoffensô pede ad altiores gradûs, Sociorum videl. & Magiſtrorum tandem adſcendere valeant? Quoniam enim relatio eſt inter diſcipulum & Præceptorem, oportet utique diſciplinantem ſeu Informatorem eſſe; quia nemo ſine Magiſtro diſcit: ſed, quia ſimul fit membrum collegii, oportet, ut publica accedat autoritas. Concludimus igitur: *Cauſam efficientem* principalem, eamque *remotam*, Legem eſſe, ſeu ſtatuta & Mores in vim legis à Superiore confirmatos. *Proximam* verò Magiſtrum, qui eos in diſciplinam recipit: & vel olim Fabros fuiſſe ferrarios, qui privatim artem docerent, ex *l.f.* § *11. ff. de Publ. & vect.* colligi poteſt. conf. Tabor.
36 *Armam. Juſt. pag. 12.* §. *2. m.* Parentes denique, aut qui locum eorum ſubeunt, pueros diſciplinæ tradendo, ſunt cauſa ſine qua non poſſet fieri puer aut Magiſter; nam relata ſe mutuò ponunt & tollunt; ſi ergo nemo eſt qui diſcit, non erit quoque qui doceat. Quare, Artem, habebunt à Magiſtro; Statum vero daß er vor redlich gehalten wird / à lege, aut certè à Magiſtro, ſecundum leges ac mores opificum ſe habente, der des Handwergs redlich iſt.

ANNOTATIONES.

37 * *Absque Doctore.* Certe paradoxon videtur eſſe, informatorem non habuiſſe, & tamen novas produxiſſe ſpecies. Verum dubium hoc quadrare cenſetur tantum ad moderna Collegiis noſtris aptata tempora, quæ non in manufacturis modo perfectionem, verum in earundem Autoribus etiam dexteritatem, peritiam & experientiam deſiderant, nec non requiritur, ut in ſcholis adprobatis quis verſatus fuerit. At circa prima artium & opificiorum initia, res aliter ſe habet. Vbi quemvis ſumere cogebat indigentia, quod cuivis ſuggerebat ratio, ſuppeditabatque natura. Id ſatis tum erat, donec diem doceret dies, prout facile eſt, inventis aliquid addere. Quales igitur cunque manufacturæ hodie ſunt antiquæ, ut autor atque ætas ignoretur, ſuo tempore fuerunt novæ, ſuosque habebant ex quovis genere hominum atque profeſſionum Autores Add. Beierus p. m. *de Manufactur. Cap. III.* § *4.*

38 * *Privatim.* Hæc privata quidem in *arte ferraria* inſtitutio olim non erat permiſſa, uti etiam Marcus Antoninus Caracalla Severi Imperatoris filius in *d. l. fin. §. 11.* indigitat. Et potiſſimum declaratur in *l. un. Cod. Vt armor. Vſus inſcio Principe interdictus ſit.* Item *tt. Cod. de Fabricenſ.* Quanquam enim

enim certò conſtet, privatos inter cæteras *ferri* etiam *fodinas* habuiſſe, uti notat Vlpianus in *l. 13. §. 5. ff. de uſufr.* ibi: *Proinde venas quoque lapidicinarum & hujusmodi metallorum, inquirere poterit. Ergo & auri & argenti & ſulphuris & æris & ferri & cæterorum fodinas, vel quas paterfamilias inſtituit, exercere poterit.* Add. *l. 3. §. fin. ff. de reb. eor. qu. ſub tut. vel curat.* Armorum tamen fabricandorum jus ſibi ſoli Imperatores, veluti inter regalia, ex ratione quadam politica, reſervarunt Cujac. *Lib. XV. Obſervat. 21.*

* *Eorum ſubeant.* v. g. Tutores & Curatores, item Patroni & Suſceptores ex ſacro baptiſmate vti ſpeciatim diſpoſitum legitur in Articulis Cultrariorum, Steinbacenſium *artic. XXXV.* ibi: Nicht weniger ſollen auch die Meiſter welche Vormundſchafften auff ſich, oder auch Tauff-Pathen haben, dahin trachten, daß ſie ihre Unmündige und Pfleg-Befohlne, wie auch Tauff-Pathen, dafern ſie zu einem Handwerck tüchtig, und ſonſten in der Schule nicht höher zu bringen ſind, auch vorhero die Worte ihres Chriſtenthums, und den Unterricht in den menſchlichen Leben nöthigen Wiſſenſchafften, und ſonſten in der Schule gefaſſet und gelernet haben, darauff ordentlich dimittiret ſind, zu dergleichen und andern Handwercken, wozu ſie Luſt haben, befördern mögen, und ihnen hierinnen die Chriſtliche Liebe erzeigen. 39

§. II.

Equidem dari aliquos ingenio ita felici, ut ſuapte natura atque induſtria quid præſtare poſſint, & quod oculus eorum intuetur, manibus, juxta proverbium, imitentur, was ihre Augen ſehen/können ſie mit ihren Händen nachmachen. Quos dicimus Autodidactos, à ſe ipſis doctos: qualem Homericus ille Citharedus *Odiſſ. X. 347.* ſe gloriabatur, Quod non ex hominum inſtitutione, ſed ex afflatu DEI caneret, ex ſe ipſo edoctus: αὐτοδίδακτος εἰμί inquit, θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας παντοίας ἐνέφυσε. 40
Qua in re non malè ad DEum omnis boni fontem & Autorem, id quod 41
habuit, refert, homo gratus mage, quam Regum ille arrogantiſſimus Nabuchodonoſor, apud *Dan. IV. 27.* Et poſſent huc referri exempla Bezaleelis & ſociorum. *Exod. XXXI. 2. 3. 4. 5. 6. & XXXV. 30. ad fin.* Verum, Annon DEus per media agat, & illis tanquam manu ſua huc ducat, cogitandum? Si præprimis meminerimus proverbii illius: Paupertas omnes artes edocet. Quorſum facit, quod Xenophon *Libr. epigr.* Paupertatem Σοφίαν αὐτοδίδακτον appellat, & alio dicto: Uſus artem facere: Alio inſuper: Experientia rerum omnium Magiſtra perhibetur. Nimi- 42

rum, Qui neceſſariis rebus ad ſufficientiam inſtructus, habet unde vivat, de alia arte diſcenda parum erit ſollicitus, ſed aut moleſtum reputabit, aut ſi bonæ indolis eſt ac frugi, ut diſcere malit unde plus ultra poſſit acquirere, is ſane Doctorem quæret quem invenire poterit ſolertiſſimum, in ejusque providentiam ſe totum reſolvet; tantum abeſt, ut Paupertatis magiſterium expectet! ſed, quem bona fortunæ omnia deſtituerunt, ac ſibi ſuæque indigentiæ reliquerunt, Hunc Neceſſitas aliquid ſuſcipere, in eoque tamdiu facere periculum cogit, donec per longam exercitationem errores agnoſcere ac corrigere diſcat: conf. *infr. n.*
43 *123.* Idque non in mechanicis ſaltem & manuariis, verum in liberalibus etiam atque ingenuis artibus. Ita Auguſtinum, inſignem illum Eccleſiæ Doctorem citra Doctorem profeciſſe; & Heraclitum Epheſium autodidactum fuiſſe, hiſtoriæ perhibent, ſeu potius de ſe ipſo gloriatus, quod Juvenis nihil ſciverit, ſenex autem à ſeipſo didicerit omnia, & nihil ignoret. Unde & αὐτοδίδακτος apud Laert. *Lib. 9.* ſed & σκοτεινὸν cognomen ei fecit ἀδηνὴς obſcuritas. Senec. *epiſt. 12.*

ANNOTATIONES.

44 * *Avtodidactos.* Nec tantum illi avtodidacti dicendi ſunt & præmio afficiendi, qui novas penitus artes excogitant; verum etiam iſti, qui artem ab aliis excogitatam perfectiorem reddiderunt. Ita Pannifices Longo-Saliſſani titulum der Tuch- und Raſchmacher obtinuerunt, quod texturam Atrebatenſium telarum iſtuc introduxerint. Quanquam negandum non ſit, tales avtodidactos Collegiis Corporatorum valde eſſe invidioſos atque exoſos, ut plerumque opus ſit, eosdem Principis autoritate & diſpenſatione ſuſtineri. Solent enim collegia varia iisdem objicere. *Primo* exceptionem quaſi inhabilitatis & qualificationis ad cauſam. Vti tali exceptione *utebantur* Fabri Cultrarii Steinbacenſes Collegiati, eo tempore, cum noviter emergerent Manubriarii die Beſchaler & peterent ſe recipi atque tolerari. Provocabant enim ad obſervantiam qua αὐτοδίδακτοι haud tolerentur, nec in collegia reciperentur. *Deinde* arguere ſoleat conſequentia abſurda, ſi exemplo alicujus ſubjecti novatoris irregularis, procedatur ad deſtructionem totius Collegii. Verum facile patet tales objectiones magis ex invidia quadam & perverſa conſuetudinum ſervandarum pertinacia oriri, quam ex vero fundamento; Vnde per ſuperioris autoritatem juſtè poſſunt rejici, neque enim Collegiorum obſervantia incrementis artium obſiſtere, aut præmiis novorum inventorum, contra ſalutem publicam derogare poteſt. Vt tamen Collegio ſua conſervetur autoritas, ſolet uſu eſſe receptum, ut ſi quid novi quis

vi quis excogitaverit, collegio id denunciet, ac Seniorum cenſuræ ſubjiciat, quod quidem merito admittendum foret, modo & illa cenſura absque odio & invidia fiat, id quod magiſtratus omnino debet introſpicere, cui ſupremum hac in parte judicium merito reſervatum eſſe debet. Quo ſpectat Rotuli Materiariorum Geravianorum *Art. XVII.* ſub rubrica: Von Erfindung anderer neuer Muſter, von Seiden-Wollen-Hären-Leinen-Arbeit. Da auch einer oder der andere Meiſter eines neuen Muſters oder anderer neuen Arbeit es wäre Seiden, Wollen oder Leinen kundig würde, und dergleichen zu machen ſich unterfangen wolte, ſo ſoll er es erſtlich unſern Ambte, Bürgermeiſter und Rath, ſowohl auch denen Ober-Meiſtern anzeigen, und alsdenn darauff ein Stück zur Probe verfertigen, und darüber erkennen laſſen, ob es paſſiren könne, oder Kauffmanns-Guth ſey oder nicht, damit man alsdenn des Siegels und der Farbe halben, und was von jedem Stück zu geben, ferner Verordnung thun könne.

* *Exempla.* Conf. Autor der curieuſen Nachrichten von Erfindung und Erfindern der Wiſſenſchafften, Künſten und Handwerckern, quod ſcriptum extat im geöffneten Ritter-Platz *Part. III.* Exemplum recentius avtodidacti refert Baro Schrœderus in Theſauro Ducali Camerali *Cap. XCII.* §. 2. ibi: Dresdæ obiit Artifex, Coquus nomine, arte ſutor, vulgo der Poſaunenmacher dictus, qui ſuo marte atque ingenio tam raras in omni genere rerum mechanicarum invenit fabricavitque manufacturas, ut incertum ſit, Gallia an Belgium ipſi dederit æqualem, fuitque reputatus idoneus, qui ingenii acumine opificia omnia ſuæ perfectioni adducere potis ſit. 45

* *Solertiſſimum.* Inprimis vero in ritibus, ceremoniis ac conſuetis ſalutationibus aliisque conſuetudinibus opificiariis opus habent tyrones inſtitutione aliqua, ut dimiſſi à ſuo magiſtro, poſſint alibi locorum peregrinari. De quo in ſpecie provident Statuta Collegii Linificiarii Dornburgenſis confirmata à Duce Saxonico Bernhardo de dato Jene den 30. Aug. 1675. *Art. 22.* ibi: Wenn ein Meiſter einen Lehrjungen will auffnehmen, den ſoll er dem Handwerck zuvor vorſtellen, daß er ſeinen ehrlichen Geburths-Brieff auflege, wenn nun daraus zu befinden, daß er ehrlichen Herkommens, alsdenn ſoll der Junge einen halben Thaler ins Handwerck erlegen, und denen Meiſtern eine halbe Tonne Bier geben, er muß auch drey Jahr lernen. Wenn er nun ausgelernet, und von dem Handwerck frey geſprochen wird, ſoll er dem Handwerck einen halben Gülden geben, und ſechs Groſchen vor das Siegel, hierauff ſoll er drey Pathen im Handwerck bitten, die ihm in allen Handwercks-Gebrauch unterrichten, daß er an allen Orten 46

ten gefördert werden kan. Würde auch ein Lehrjunge, ehe ſeine Lehr-Jahre verfloſſen, ohne genugſame Urſachen, deren er ſich vor dem Hand-werck beklagen ſoll, heimlich ablauffen, ſoll er das Lehr Geld, und womit er ſich auffgedinget dem Meiſter zu entrichten ſchuldig ſeyn, eines Meiſters Sohn aber ſoll der Vater auffdingen und frey ſagen laſſen, wenn er will.

§. III.

47 Verùm damnat Hieronymus eos arrogantiæ, qui ſine Magiſtro ſeſe didiciſſe gloriantur, & ex ſolo commentario ſapiunt, referente Fachin. *Lib. XI. cap. 103. circa f.* Et verò, peſſimus quisque Magiſter ſibi! Periculoſum enim eſt ἰδιοβουλεύειν; Converſatio peperit artes, dixit Euripidos *in Andromache:* Autodidactos autem peſtes eſſe Eccleſiæ, Richter. *axim. Eccleſ. 207.* docet. Sed hæc quidem ad artes liberales, de quibus potiſſimùm ſermo eſt Chriſtoph. Neandr. in *Tr. Ego ipſe. Qq. ex Ethic. X. p.*
48 *m. 80.* Cæterùm, ut ſit aliquis, qui ſeipſum habeat in arte manuaria Magiſtrum, ex moribus tamen Germaniæ parum inter opifices ipſi poſthac illud proficiet, ubi ad jura Magiſterii conſequenda oſtendere neceſſum habebit, quo Magiſtro probato artem rite hauſerit, daß er ſein Handwerck von einem redlichen zünfftigen Meiſter gelernet. Quapropter, ut vel tandem in ſtatu adprobato vivere queat, è re ſua eſt, ut ſtadium hoc maturè ingrediatur & recta quod dicitur janua campum hunc introëat. Nam juxta proverbium, qui lectum benè ſternit, benè quoque dormiet. Quod ſit, ſi Magiſtro in arte excellenti, & inter contribules ſuos inculpato, decenti modo ſe committat. Ita enim utrumque conſequetur, ut & artem rectè doceatur, neque aliena facta luere teneatur: prout accidit Magiſtris diffamatis wenn man bey geſcholtnen Meiſtern gelernt. Quorum diſcipuli & qui de cœtero ex eorum officina vel ſchola prodeunt, tanquam irregulares repelluntur, zurück geſchickt: per indirectum ſc. dum à nemine ſuſcipiuntur, werden nicht gefördert. Niſi quòd aliquando cum autodidactis diſpenſari per Magiſtratum ſolet, ut prævio examine coram opificii Magiſtris, peritos ſe oſtendentes, in collegia recipiantur ac Magiſtri reputentur; ſed quàm difficilis hæc res ſit practicatu, ipſa praxis oſtendit.

ANNOTATIO.

49 * *Magiſtro.* Debet vero Magiſter tyronem in una tantum arte vel opificio inſtituere. Vnde Magiſter, qui tam buccinandi, quam tympana pulſandi artem didicit, tyronem in utraque ſimul informare non poteſt, ſicuti nec

ipſe

ipſe utramque artem pro lubitu publicè exercere, ſed uni ſoli ſe addicere cogitur; Vti habent Privilegia Buccinatorum confirmata à Ferdinando III. Imperatore *Artic. XIII.* ibi: Zum dreyzehenden ſoll auch hinführo kein Trompeter oder Heer-Paucker, ſo in beyden Künſten erfahren, es ſey wo es wolle, öffentlich bald die Trompeten, bald die Heer-Paucken gebrauchen, ſondern entweder eines oder das andere, welches er am beſten gelernet, oder beſtellt iſt, ſich bedienen, auch nicht zweene Jungen zugleich zu beyden, ſondern einen allein in einer Kunſt inſtruiren und lehren.

Cap. III.
de Qualitate docentium: Von Lehr-Meiſtern.

Conſpectus.

Adoleſcentes otio magis dediti, per alios mediante contractu, erudiendi locantur Magiſtris. n. 50.
Appellatio docentium. n. 51.
Magiſtratus cogere poteſt artifices ad erudiendos alios. n. 52.
Libero conſenſu, non dolo, debet tyro ad inſtitutionem recipiendam induci. n. 53.
Fœminæ regulariter non ſunt opificiorum capaces. n. 54.
Viduæ tamen poſt maritorum exceſſum artis exercitium poſſunt continuare. n. 55.
Adducuntur rationes hujus obſervantiæ. n. 56. 57.
Puer non poteſt invitus retineri apud viduam. n. 58.
Variæ diſtinctiones traduntur circa opificium viduæ. n. 59.
Arbitrio fœminæ relinquitur, puerum retinere. n. 60.
Retentio pueri quandoque viduæ denegatur. n. 61.
Limitationes ſubjiciuntur. n. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69.
Arbitrium Collegii ſæpe exigitur. n. 70.
Jus viduæ in continuando opificio mariti ex variis Collegiorum Statutis declaratur. n. 71. 73.
Edictum Landgravii Haſſiæ. n. 72.
Vidua filium vel cognatum inſtituere non prohibetur. n. 74.
Artis peritia in magiſtro requiritur. n. 75. 76. 77.

Porro character magiſterialis. n. 78.
Candidatus magiſterii tyrones inſtituere nequit. n. 79. 80.
Juniores magiſtri pueros inſtituere ſtatim non poſſunt. n. 81.
Statuta & Obſervantiæ variorum Collegiorum hanc in rem referuntur. n. 82. 83. 84. 85. 86.
Conventio Typographorum declaratur. n. 87
Qui apud Tribuarium non didicit, non poteſt tirones inſtituere, reſponſis illuſtratur. n. 88.
Tirones inſtituere eſt reſervatum Tribus. n. 89.
Articuli Cultrariorum Steinbacenſium. n. 90.
Exceptio præſcriptionis circa receptionem tironum. n. 91.
Inſtituens tirones debet eſſe incorporatus certo collegio. n. 92.
Sententia Georgii Beati refertur & examinatur. n. 93 94. 95. 96. 101.
An Tribus ante confirmationem articulorum ſit legitima & habilis, ad recipiendos tirones. n. 97.
Status magiſterii conſervatus ad receptionem tironum requiritur. n. 98.
Quidam ſpecialiter prohibentur inſtituere tyrones. n. 99.
Magiſtri paganici non poſſunt tirones recipere. n. 100. Exceptio traditur. n. 104.
Obſervantia Buccinatorum refertur. n. 102.
Opifex pendente lite ſuper jure Collegii, nequit tirones inſtituere. n. 103.

§. I.

70 QUapropter oportet ut ex una parte concurrant pueri Parentes, aut ſi orbus ſiet, Tutores, Cognati; quin & ad Magiſtratum pertinet curare, ut juventus ſibi relicta, ab otiis avocetur ad honeſtas operationes & addiſcendas omnis generis artes, etiam illiberales, pro captu ingeniorum. Unde in *R. J. 1500. Tit. 26. pag. m. 52.* diſponitur de Mendicantium liberis, ut à parentibus ſuis abſtrahantur & opificiis mancipentur. *vid. infr. n. 132.* Ex altera parte verò Magiſter: Inſtituitur quippe contractus locationis ſuper arte docenda & didactro ſolvendo; qui eſt ambilateralis. Nomina eorum apud alios & extraneos non ſunt hactenus diverſa, ſed à diſcipulis peculiariter vocantur Lehr-Meiſter: Et qui Artifices mage quam opifices haberi cupiunt, curant à ſuis ſe Lehr-Herrn appellari, v. g. Pictores. Chirurgi quibusdam locis Lehr-Printzen nominantur, quo ipſo quoque gaudent Tubicines, Trompeter; ſed cùm certus Imperii Princeps aliquando id audiret, malè dicitur id habuiſſe. Sed hoc notandum, Non eſſe in ſolius Magiſtri mero arbitrio, diſcipulos usque

que quaque ſuſcipere; ſed ſtatutis deſuper cautum eſſe conſuevit, An ſtare penes ipſum debeat iſte actus, & quousque.

ANNOTATIONES.

* *Magiſtratum*. Id quod in ſpecie inculcat Ordinatio Provincialis Saxo-Gothana Ducis Erneſti *Part. II. Cap. III. tit. 38. verſ.* Und ſo. ibi: Und ſo ein und der andere / ſo zu einem Handwercke belieben trüge / ein auch leidliches Lehr-Geld auffzubringen und zu geben nicht vermöchte / ſoll die Obrigkeit auff Anlangen / vermitteln / daß wenn er auff etwas mehrer / als die ſonſten geſetzte Zeit / ein Lehrjung verbleiben will / er von einem tauglichen Meiſter angenommen werden möge / auch umb Förderniß zu Auffdingung der Knaben / welche keine Eltern / aber zu Handwercken Luſt und Belieben haben / ſich nebenſt denen Vormündern die Pathen und nahen Freunde gebührlich mit anzunehmen. Atque ex hac cura & providentia Magiſtratus circa inſtitutionem puerorum fluit, quod etiam artifices cogere poſſit ad erudiendos alios. In quam ſententiam bene diſſerit Peretzius in *Comment. ad Cod. tit. de Excuſat. Artific. n. 12.* ibi: Cæterum utiles & alicujus opificii periti & neceſſarii ad vitæ communis uſum, quales ſunt pannifici, piſtores &c. cogi poſſunt à magiſtratu civitatis, artem ſeu opificium, quod norunt, exercere, & alios inſtruere, tum quia incolæ ſunt, & ſubjecti ſtatutis loci, in quo morantur, tum quia expedit, ut ſibi & aliis proſint, & ne utilem vivendi modum negligant. Vnde Ariſtoteles, negligere inquit, non oportet utilem illam occupationem, qua plebs alitur & creſcit; nam vulgus ſi otietur, famem & inopiam patitur, hæc vero ſæpe impellit, ad res novas excitandas, & facinora committenda. In eam igitur curam ante omnia Magiſtratus incumbat, ut cives eas optimas artes exerceant, quæ ad incrementum reipublicæ faciunt, non ad luxum & laſciviam. 52

* *Contractus*. Adeoque libero conſenſu ſine dolo atque callida perſuaſione iſta tyronis commendatio ad Magiſtratum fieri debet. Vnde inter Privilegia buccinatorum à Ferdinando III. Imperatore confirmata *Art. VIII.* prohibetur, ſub mulcta 50. imperialium, ne aliquis buccinatorum aut tympaniſtarum alterius tyronem avertat, aut ad ſe alliceat. Similiter proviſum in Ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis Georgii Wilhelmi Reglement der Handwercker de dato Zelle den 4. Aug. 1692. *num. 18.* ibi; Kein Meiſter ſoll dem andern ſeinen Geſellen oder Jungen, ohne deſſen Willen abmiethen, oder auffſprechen, vielweniger ſonſten auf eine andere Weiſe abwendig machen laſſen. 53

§. II.

54 Nimirum, ante omnia ratione SEXUS requiritur ut Mas ſit, non
Fœmina, qui ſcholas opificiarias aperire ſatagit. Tum, quòd opificia &
eorum exercitium, quorſum pertinet etiam Transplantatio, ad publica
pertinet munera, à quibus fœminæ ſunt remotæ. Tum, quod fœminæ
opificia rite non didicerunt ipſæ: E. nec alios eadem docere poterunt:
Aut, ſi ex quotidiana cum marito vel Parentibus converſatione appre-
henderunt, publica deſtituuntur autoritate: Nec documenta doctrinæ
Lehr-Briefe/ qualia emancipatos habere oportet, dare poſſunt: oportet
55 autem ea complecti qualitatem docentis. Scrupulum injicit caſus, quo
Puer ſui tyrocinii tempus apud fœminam abſolvit, cujus Maritus duran-
te doctrinæ ſpacio diem obiit: Nam, ſi ea velit opificium continuare,
ille verô apud eandem permanere; quid impedit? An verò aliud foret,
Puerum noviter ac ſua autoritate ſuſcipere, aliud vero, cœptam à mari-
56 to telam pertexere? Neque invidendum ipſis hoc commodum, ut &
Vidua puero contenta, neceſſitatem alendi ſocii declinet; & Puer, tan-
quam cuſtode remotô, ſocii atque magiſtri partes ſuſtineat. Et hoc
tantò magis, ſi forſan maximum diſciplinæ tempus ſub directione de-
functi jam transegit, adeoque ad regendam officinam haud ſit inidone-
57 us, daß er eines Meiſters Werckſtatt verſehen könne. Alioquin illud in-
de ſecuturum inconveniens, ut quod Magiſter dexteritate ſua & in ſu-
um aut ſuorum uſum paravit, jam redundet in alterius, cui puer trade-
retur, lucrum, cum jactura viduæ & orphanorum. Puero quoque du-
rum erit, novi Magiſtri jugum ſubire & mores ejus experiri.

ANNOTATIONES.

58 * *Permanere.* Invitus tamen puer retineri in officina viduæ non poteſt; Prout habent Statuta Collegii Linificiarii Dornburgenſis confirmata à Duce Johanne Bernhardo de dato Jene den 30. Aug. 1675. *Artic. XXIII.* ibi: Wenn ein Meiſter mit Todte abgienge, ſo ſoll ſeine hinterlaſſene Wittbe Macht haben, das Handwerck fortzutreiben, ſo lange, als ſie es mit dem Handwerck hält, wenn auch ein Lehrjunge bey einer Wittben, nach Abſterben ihres Ehemannes vorhanden, der noch nicht vollſtändig ausgelernet hätte, derſelbe Knabe aber bey der Wittben, in Gegenwart eines Geſellens, alſo vollends auszulernen nicht Beliebung haben mögte, ſo ſoll ſich der Junge einen andern Meiſter ſchaffen, und nach verlauffener Zeit die Wittbe das rückſtändige Lehr-Geld, demſelben andern Lehr-Meiſter, der Zeit nach, ſo er zu lernen hat, wieder heraus zu geben ſchuldig seyn.

* *Vidua* Continuationem hanc exercitii opificiarii non tantum communis 59
fori opificiarii *Obſervantia* viduis permittit; Verum etiam in ipſis Collegiorum Articulis ſolet de hoc eſſe ſæpius ſpeciatim proviſum. Vti docet Bortenwürcker-Ordnung zu Jena *Art. VIII.* verb. Einer Wittfrauen ſoll nach ihres Mannes Tode das Handwerck mit Geſellen, ſo gut ſie weiß und kan, zu treiben frey gelaſſen werden. Da ſie aber noch Jungen hätte, die bey ihres Mannes Leben angenommen worden, dieſelben ſollen bey ihr noch vollends auslernen. Jedoch ſoll die Wittbe in ihren Wittben-Stande keine Jungen von neuen zu lernen befugt ſeyn, biß ſo lange ſie ſich wieder verändert. Feneſtrarii Cizenſes *Artic. XV.* diſtinguunt; Vtrum noviter aſſumere velit tyronem, & hoc eidem non licet; an præmortuo magiſtro ante ſpatium doctrinæ exactum, ut tunc ſi ultra medietatem ſit, retinere permittatur, ſi boethum alat: ſecus, tenetur cum aliquo contribualium paciſci deſuper. Reſtiones Cizenſes *Artic. V.* ſubdiſtinguunt; Vt ſi puer per annum in diſciplina penes ſuperſtitem Magiſtrum ſteterit, vidua ſpatium doctrinæ abſolvere valeat; ſin vero ſpatio breviori, juſto quidem, ſed vidua hoc opificium continuare & puerum retinere, nolit, Collegium eidem de alio magiſtro proſpicere debeat, in tantum, ut ſi intra civitatem occaſio deſit, apud exteros hoc procurari debeat. Concordat Weißgerber Ordnung in terris Electoralibus Saxoniæ confirmata per Johannem Georgium II. Electorem Saxoniæ de dato Dreßden den 15. Jun. 1661. *Artic. V.* ibi: Wie denn ein jedweder Meiſter, er ſey Reiniſch oder Rößler. Wenn derſelbe nach GOttes gnädigen Willen mit Tode abgienge, und einen Lehr-Jungen in der Werckſtatt verlieſſe; Soll derſelbe verbunden ſeyn, der Wittben, ſoferne ſie das Handwerck fort zu treiben geſinnet, ſolche Werckſtatt zu verſorgen. Wenn ſie aber keine Arbeit hätte, oder das Handwerck nicht würde treiben wollen, ſoll er zu Erlernung des Handwercks zu einem andern Meiſter gethan werden.

§. III.

Sed, in quibusdam collegiis viduæ arbitrio & facultatibus id relinquitur, utrum videl. fiduciam in operis pueri habeat poſitam; Item utrum velit ac poſſit opificium continuare; ut tunc integrum ei ſit, & puerum retinere, atque libertatem olim, hauſtamque artem per Collegium atteſtari. In quibusdam v. rigidè obſervatur, Ne vidua ultra menſem puerum ſecum retineat, ſed Collegium, ſi non ab ea rogetur, ex officio ipſi de alio Magiſtro proſpicit: quod habet quidem ſuas rationes, quaſi nec libertatem ipſi conferre poſſit vidua, könne ihn nicht loß geben / nec de 66

arte rite percepta teſtari, quia judicare nequeat de arte quam legitime haud
62 didicit. Limitatur tamen dupliciter. (1.) Niſi tempus doctrinæ maximam partem vivô marito elapſum ſit: Nam tum cingendus habetur pro cincto, neque creditur ipſi ad artem ulterius percipiendam aliquid deeſſe, ſed ſolùm, pro ſtatu legitimo conſequendo, ſpacia conventa debet emetiri. Verendum inſuper, Ne durus atque immitis ſuperveniens Magiſter,
63 cauſam deſertioni & fugæ conferat. (2.) Niſi vidua opificium adhibitô peritô Adjutore opificum continuare das Handwerg mit einem tüchtigen Geſellen fortzutreiben / ſit parata. Nam, licet tunc ſpacii medietatem non attingat, à ſocio tamen, quem præſupponimus peritum, ſi quid artis deeſt, comprehendere poteſt: Cœtera quod attinet, Miſſionem atque Teſtimo-
64 nium, ſupplebit Collegium. Sed, quid de aliis inſtantiis, num & illæ facient limitationes, ſi forſan fœmina excipiat (3.) de Commiſeratione: Appropinquare hyemem, ac vereri ſe puerum hoc rerum ſtatu expellere: könne den Jungen gegen den Winter nicht verſtoſſen. Nim. nondum puer erat initiatus, nec conſeq. habilis, ad alium doctorem nanciſcendum,
65 qui nunquam antea talem habuerat: adeoque penitus ejiciendus foret. (4.) Exceptio Alimentationis: quoniam victu viduæ puer fruatur, non prohibendam eam, tales ab ipſo recipere operas, quas vel ancillæ inter opifices expedire permittuntur. Weil er ihr Brod genieſſe / möchte ſie ihn wohl dasjenige thun laſſen / was durch eine Magd zu verrichten / ihr im Handwerck
66 nicht könte gewehret werden. Nimirum frater ſponſi, viduæ puer erat, quem nec docere frater intra annum profeſſionis ac ſollicitationis conſtitutus, per mores collegii poterat; neque expellere eum vidua, tum ob cognationem, tum alia de cauſa cupiebat, quod operæ iſtius ipſi utiles eſſent: Collegium autem ex tali continuatione verebatur, puerum pleraque opificii arcana penetraturum, conf. *infr. n. 137.* tandem nullius Magiſtri
76 diſciplinam paſſurum, ſed Turbatorem evaſurum: Aut mitti igitur, aut ab operando abſtrahi volebat. (5.) Non eſſe ab hoc puero metuendam olim turbationem, quia utique nondum initiatus, diſciplinæ nondum mancipatus neque immatriculatus: poſſe E. pro lubitu & quamprimum allegata impedimenta ceſſent, dimitti, ac forſan ad aliud opificii genus transire; aut, ſi hoc ipſum eligat, initiationem ei deeſſe, ac denegari poſſe, ſi non
68 moribus ac legibus collegii ſe ſubmittat. Tandem, non expectato decreto, transegerunt ſub his legibus, Ne, quod Optionibus convenit atque committi ſolet, per eum expedire patiatur; Neque id præjudicio ſit collegio, atque ab aliis in conſequentiam trahatur; ſeu, ne alii liceat ad hoc exemplum provocare. Verba germanica, quia terminos artis continent,

lubet

Jubet apponere: Das Handwerck läſſet zu / gedachten Seiffarths Bruder 69
biß Oſtern g. g. zubehalten / und vor die Koſt einige Uffwartung verrichten zu
laſſen / nur daß er keine Bogen ſchlagen / und in Summa keine Geſellen-Arbeit
verrichten / dieſes auch ohne conſequenz ſeyn ſolle. Ita tractatum in cauſa 70
collegii Pileonum adverſus viduam Prieſerianam ☾ *16. Decembr. 1678.* Quoniam verò res hæc admodum diverſis afficitur circumſtantiis, Ideò Senatus, quoties Sereniſſimus, exhibitis ſibi à Collegiorum aliquo novis ad confirmandum articulis, *quid videatur* ſuum requirit, omne negotium arbitrio collegii committendum cenſet, ut illud pro re nata vel relinquere puerum viduæ, vel alii magiſtro perficiendum tradere valeat.

ANNOTATIONES.

* *Ultra menſem.* Ita habent Schwartzburgica Statuta der Tuchmacher zu Fran- 71
ckenhauſen de dato den 14. Jun. 1670. *Artic. 26* ibi: Nach tödtlichen Hintritt eines Meiſters, iſt zwar der Wittben das Handwerck fortzutreiben und Geſellen zuſetzen, unbenommen, aber einen Lehrjungen anzunehmen, wird ihr gar nicht geſtattet, daß auch der Lehrjunge, der bey Lebzeiten des Meiſters aufgedungen, und in der Lehre eine zeitlang bereits geſtanden, dennoch, nach Ausgang des Trauer-Monaths, einem andern Meiſter, die Lehr-Jahre vollends auszuhalten, überlaſſen werden ſoll, und da das Lehr-Geld etwa bereits vor voll anticipando ausgezahlet worden, ſolches die Wittibe und Erben, nach proportion der Zeit, wieder heraus zu geben ſchuldig.

* *Adjutore.* Concordat Landgravii Haſſiæ Edictum ſeu Edictal-Verordnung 72
von Handwerckern, publicatum anno 1693. *Artic. V.* verb. Da auch ein Meiſter verſtorben, und einen Jungen, ſo nicht ausgelernet, hinterlaſſen würde, alsdenn ſoll dieſer mit Vorwiſſen iedes Orths Obrigkeit bey einen andern Meiſter, oder aber wenn die in der Werckſtatt verbleibende Wittbe mit einem tauglichen Geſellen verſehen wäre, welchen falls ſie die Nahrung fortzutreiben, und allen denen übrigen Ambt-Meiſtern zukommenden Rechten und Freyheiten ſich zu erfreuen hat, derſelben reſpectivè gelaſſen und in Wege gebracht, auch die geſetzte Jahre in der Lehre aushalten, darüber aber nicht weiter beſchweret werden. Add. Knipſchild de *Civitat. Imperial. Lib. V. cap. 2. n. 32.*

* *Sit parata.* Ita ſervat Collegium Piſtorum, quod eſt Franckenhuſi, prout 73
teſtantur Statuta illius confirmata de dato 30. Maji 1695. *Artic. 4.* ibi: Auch ſoll der Meiſter in einem Jahre keinen andern Lehrjungen auffnehmen, bey Straffe eines halben Gülden. Stirbt aber der Meiſter binnen denen

Lehr-Jah-

Lehr-Jahren, und wolte deſſen Wittbe keine Geſellen fördern, von welchen der Lehr-Knabe das Handwerck vollends begreiffen könte, ſoll er zu einen andern Meiſter gebracht, und von denſelben an denen Lehr-Jahren noch rückſtändige Zeit über unterrichtet werden.

74 * *Cognationem.* Inter traditas porro ab Autore limitationes referenda eſt & illa, ſi puer, inſtitutioni commiſſus, ſit *filius* aut *cognatus* viduæ, quem etiam hoc caſu vidua licitè poteſt retinere, cum hic & naturalis ratio & civilis æquitatis cauſa concurrat. Atque huc collimant Articuli der Tuch- und Raſchmacher-Innung zu Langenſaltza *Artic. VIII.* Allermaſſen auch denen Wittfrauen oder Meiſterinnen oder Geſellen iemandes ſolches zu lernen, bey des Handwercks Straffe und höchſten Wette, das ſind 7. Gülden, hiemit verboten. Doch daß die Wittbe und ihre Söhne einer den andern, an ihren eigenen Werck lernen mag. Similiter apud Acuarios Cizenſes *Artic. XI.* verb. Wenn eine Wittbe einen Sohn hätte, der nicht ausgelernet, und doch die Werckſtätte wohl verſehen könte, derſelbe bey einen andern Meiſter nur vier Wochen halten, oder bey demſelben arbeiten, der ihn ſodann darauff ausgelernet geben ſolte, hoc eſt, viduæ permittitur per indirectum, puerum retinere, & tantum ſub fine ſpatii doctrinalis decurrentis, poteſt puerum alii magiſtro ad breve tempus, quaſi dicis cauſa, ad erudiendum tradere, ut ita quoad formam externam obſervantiæ ejus Collegii ſatisfiat.

§. IV.

75 Porrò Marem eſſe non ſufficit, ſed requiritur inſuper (II.) Artis, quam tradere intendit aliis, peritia: Quia quod quis non habet, alteri communicare non poteſt; nemo plus juris in alterum transferre poteſt, quam ipſemet habet; ſic & non plus facti & artis. Ex nihilo nihil fit, ſeu, *nihil potest esse in effectu*,
76 eſt eſſe in effectu, quod non præextiterit in cauſa. Sed, quia non ſuſpicamur, ullum adeo fore arrogantem, ut docere præſumat, quod non callet ipſe, ideò diutius huic puncto non immorabimur; ſed quid ſentiendum de his, qui à Deo immediatè docti ſunt, vel ſuomet profecerunt magiſterio? Nam, ut hi non didicerunt via & modo conſueto, callent tamen, quid
77 vetat igitur Docere? Nim. ſi aliud nihil intendunt, quàm artis transplantationem, materialiter id utique præſtare poterunt, ſed diſcipuli eorum à cœteris reprobabuntur, ſi non ipſi Magiſtri fuerint collegiati; eò, quod prodeant ex ſchola alicujus irregularis, turbatoris, wären Pfuſcher / hätten
78 bey keinem redlichen Meiſter gelernet. Requiritur igitur inſuper (III.) character magiſterii à collegio illius artis rite collatus, & quidem actualiter, revera & in præteritum: In tantum, ut ſpes ejus, licet proxima, neutiquam

quam ſufficiat, neque obtineat illud: Cingendus habetur pro cincto. Hinc 79
Magiſterii candidatus, quam diu intra ſpatia probationis aut ſollicitationis verſatur, pueros erudire haud permittitur. Es kan kein Jahr-noch Muth-Geſell einen Jungen lernen. Ac licet in ſpem & eventum magiſterii ſuſce- 80
perit, ſic ut tempus ante illud transactum velit in ſpacia doctrinæ imputare & puerum maturius olim emancipare; non procedit tamen hæc cautela, Quia tam initiatio pueri das Uffdingen/ quam miſſio das Freyſprechen/ non fit niſi coram collegio, quod fraudem hanc legi ſtructam judicabit & improbabit. Quinimò, non ipſum Magiſterium actualiter impetratum usque 81
ſufficit, ſed juniores Magiſtri abſtinere aliquandiu ab hujus juris exercitio jubentur: Et reſtringitur hoc vel ad nudum temporis tractum, ſic ut in quibusdam collegiis per annum ceſſare debeant, es darff kein junger Meiſter vor Ausgang des erſten Jahrs einen Lehrjungen annehmen. Sed in aliis colle- 82
giis certæ præſtationes requiruntur, & quaſi nova documenta: Sic apud Acuarios puerum erudiendum ſuſcipere nemo permittitur, qui non ſpecimina ſocialia ediderit. Beutler-Ordnung *art. 3.* ibi: Doch darff auch deren Meiſter der Nadler keiner einen Jungen annehmen und lernen/ welcher ſein Geſellen-Stück nicht gemacht hat. Quod tamen de ipſis documentis ma- 83
giſterialibus intelligi poteſt, quippe quorum abſolutio ex ſtatutis quorundam locorum non ita præcisè ante collatum Magiſtri titulum eſt neceſſaria, ſed annus dimidius, integer, vel ultra indulgetur, ut nihilominus interea opificium poſſint exercere, quoad cœtera & quantum ad victum neceſſe eſt; à puerorum autem inſtitutione ut abſtineant. Vero id ſimile 84
efficimus ex ſtatutis Scriniariorum Kittingenſium, quorum tenorem exhibet Limnæus *in addit. prior. ad Lib. IV. c. 8. n. 307. pag. 630.* ubi ſesqui annus ad efficienda ſpecimina, ſed ſub lege, à ſociorum ſuſceptione interea abſtinendi conceditur. Unde ad doctrinam puerorum licet inferre, tanquam rem magis prohibitam; docendo pueros multiplicat entia; Sed non receptione Sociorum, quos ab aliis accipit. Verba ſtatuti ſonant: Demſel- 85
ben ſoll auch zugelaſſen werden/ in anderthalben Jahren das Meiſter-Stück zu machen: Doch ſollen ſolche/ die das eine oder zwey Meiſter-Stück zu machen ſchuldig/ nicht Macht haben/ einigen Geſellen/ ſie haben denn ſolche Meiſter-Stück ausgemacht/ zu fordern. Ratio hujus eſt, ut quantum in 86
conceſſione tituli ac ſtatus magiſterialis cum illis diſpenſatum & anticipatum eſt, in ſociorum aſſumtione longius protrahatur. conf. *infr. n. 130.* ſicque à cunctatione documentorum perficiendorum abſtrahantur. Sunt igitur cœteris contribulibus æquales ſtatu, ſed non exercitio; in habitu,

non in actu: prout hoc ex profeſſo traditur ſub *Rubrica de Magiſtris*, *articulo de exercitio jurium magiſterialium.*

ANNOTATIONES.

87 * *Peritia.* Quo ſpectat Conventio, quando Typographi & Chartarii hodie inter ſe conveniunt, neminem admittendum eſſe, ut vel typographiæ vel etiam officinæ chartariæ præſit, niſi ipſe prius huic arti operam dederit, atque ſic nomen ſuum, v. g. inter typothetas ipſo actu profeſſus fuerit, neque alii etiam, quam tali tyrones inſtituere liceat: daß niemand ſolte eine Druckerey führen, er habe denn die Drucker-Kunſt ſelber gelernet, oder arbeite auff einer Pappier-Mühle, da der Verleger ſelber ein Pappiermacher ſey, nicht aber ein gemeiner Kauffmann, oder auch wohl ein gantzer Rath. Item daß ſolcher keinen Jungen lehren dörffe. Quale pactum licet nonnullis monopolium ſapere videatur, tamen ſuo modo excuſabile & tolerabile haberi poteſt. Conf. Fritſch. de *Monop. Cap. XII. n. 26.*

88 * *Irregularis.* Id quod hodierna quoque praxi in Collegiis Opificiariis obſervatur; Vt nimirum opificiarius, qui apud magiſtrum opificiarium zünfftigen Meiſter non didicit, licet certa pecunia Tribum redemerit, ſich in die Innung erkaufft, operas quidem opificiales exercere non prohibetur, *tyrones* tamen ac ſocios zünfftige Jungen und Geſellen facere nequit. Atque huc ſe refert Reſponſum Scabinatus Hallenſis Menſe Octobr. 1647. ad requiſitionem Lazari Römers, Seiffenſieders zu Halle. verb. PP. Als Ihr Uns eine Frage zugeſchickt u. d. V. R. inf. gebethen. Demnach S. W. Fürſtliche Magdeburgiſche Schöppen zu Halle ꝛc. V. R. Weil bey Handwercken und Innungen herbracht, daß keiner, der nicht vor offener Lade auffgedinget, bey tüchtigen approbirten Meiſtern gelernet, von denſelben ſeinen Lehr-Brieff erlanget, förder ſeine Jahr über gewandert, auch durch vorhergehende ſcharffe Proben ſeiner Erfahrung und Geſchicklichkeit halber examiniret worden, und darauff das Meiſter-Stück gefertiget hat, zum Meiſter-Recht zu laſſen; So kan auch Euch bemeldten Andreas Böhmen, ob er gleich ſonſten vor zunfftmäßig zu achten, und ihn daran, daß er eines Hirten Sohn oder Spielmann iſt, nichts hinderlich ſeyn kan; dennoch dahero, daß er das Seiffenſieder-Handwerck niemals gelernet, noch dergleichen ausgeſtanden und gefertiget hat, nicht verſtattet werden, daß er Meiſter-Rechts gebrauchen, zur Laden kommen, Geſellen fördern und Lehr-Jungen annehmen möge; es wird ihm aber nicht unbillig vergünſtiget, daß er nebenſt ſeinen Weibe, Vermöge der Handwercks-Ordnung und Articuls-Brieffe, das Seiffenſieder-Handwerck, ohne einige Caution, gegen Erlegung der 20. Gülden und Außrichtung des ſonſt gewöhnlichen

lichen Eſſens unverhindert treiben möge. V. R. W. Idem confirmat reſponſum Facultatis Lipſienſis ſuper eodem caſu impetratum; verb. Als Ihr Uns zwiſchen Euch und Andream Böhmen ergangene Schrifften und Acta benebenſt einer Frage überſchicket, und Euch des Rechten darüber zu berichten gebeten. Demnach S. W. Churfürſtliche Sächſiſche Schöppen zu Leipzig darauff V. R. Iſt in denen Innungs-Articuln des Seiffenſieder-Handwercks daſelbſten unter andern verſehen; daß wenn ein Mann verſtirbet, deſſen Wittib das Handwerck ungehindert zu treiben befugt. Sie aber gleichwohl der Innung ſich gemäß zu verhalten, ſchuldig ſeyn ſoll: wenn ſie ſich aber auſſerhalb des Handwercks, und mit einem der das Seiffenſieden nicht gelernet hat, wiederum verehlichen würde, und derſelbe das Handwerck treiben wolte, ſoll er ſich mit zwantzig Gülden und einen Eſſen hierzu habilitiren und geſchickt machen; Und es hat ſich begeben, daß eines Meiſters Wittbe ſich mit eines Hirten Sohn, Andreas Böhmen, Pfeiffern und Schallmeyern anderweit verehlichet, welcher nunmehro nach angezogener Innung nicht allein das Handwerck treiben, und ſich darzu geſchickt machen, ſondern auch Meiſter-Recht haben, bey der Laden ſeyn, Jungen auffdingen und lernen, ausgelernet geben, Geſellen fördern und dergleichen verrichten will, damit ihr ihn aber nicht zuzulaſſen gemeynet: Ob nun wohl bemeldter Andreas Böhme, wenn er gleich eines Hirten Sohn und öffentlicher Pfeiffer wäre, dadurch weder vor unehrlich noch unzunfftmäßig zu halten; derowegen er auch, Vermöge Eurer Innungs-Articul, ohne einige beſtalte caution, das Seiffenſieder-Handwerck mit ſeinen Weibe, ſo zuvor einen Mann deſſelben gehabt, auf vorhergehende 10. Gülden und binnen einen halben Jahr gethanen Ausrichtung des gewöhnlichen Eſſens zu treiben berechtiget; dieweil aber dennoch das Meiſter-Recht, und was dem anhängig ein abgeſondertes Werck iſt, davon in vorerwehnten Innungs-Articul, welcher strictè zu verſtehen, und zu deuten, mit keinem Wort ichtwas gedacht wird, auch nicht geſchehen kan, daß einer ſo das Seiffenſieder-Handwerck nicht gelernet, vor einen Meiſter gehalten, weniger andern ſolches zu lernen, und dieſelbe zum Meiſter-Recht zu befördern, ihme verſtattet werde, nach mehrern Innhalt der überſchickten Acten und eurer Frage. So läſſet ſich dahero Andreas Böhme an Treibung des Handwercks billig begnügen, vor einen Meiſter aber auszugeben, und alle dasjenige, ſo zum Meiſter-Recht gehörig, zu verrichten, mag ihme nicht verſtattet werden, ſondern er iſt ſich deſſen zu enthalten ſchuldig von Rechtswegen. Porro huc referri meretur aliud Reſponſum ab eadem Facultate in hac cauſa relatum; verb. Als Ihr Uns eine facti ſpeciem Copien eines Rechtlichen Informats etlicher Innungs-Articul mit A. B. C. D. bemercket, benebenſt

benſt einer Frage zugeſchicket, und euch des Rechten zu berichten gebeten. D. S. W. Churfürſtl. Sächſiſche Schöppen zu Leipzig darauf V. R. Haben wir nechſthin Lazaro Römern ein rechtlich Informat ertheilet, darinnen V. R. geſprochen, daß ihr Euch an Treibung des Handwercks billig begnügen laſſet, vor einen Meiſter aber nicht auszugeben, und alles dasjenige ſo zum Meiſter-Recht gehörig, zu verrichten, möget ihr nicht gelaſſen werden, dahero in Zweiffel will gezogen werden, ob ihr auch zur Seiffenſieder-Laden zu fodern und zu laſſen, ingleichen Geſellen zu fördern und zu halten, ſowohl Jungen anzunehmen und das Handwerck zu lehren befugt ſeyd, welches euch die andern Meiſter nicht verſtatten wollen. Ob ihr nun wohl vor Euch anziehet, daß ihr Inhalt des 5ten Articuls Euch in die Innung erkaufft, und derſelben fähig ſeyd, und dahero, weil ihr das Handwerck nicht gelernet, und ohne Geſellen daſſelbe zu treiben nicht vermöget, dieſelben zu halten und zu befördern befugt wäret; ſowohl zu denen Zuſammenkünfften, ſo den Einkauff der Materialien und Verkauff der Seiffen, wie auch was ingemein die Innung angehet, ihr als ein Mitglied zur Laden billig gelaſſen werdet. Dieweil aber dennoch ihr niemals Meiſter worden, der 6te Innungs-Articul ſtricti juris und auf Kinder alleine reſtringiret iſt. Die auch ohne das favorabiliores ſind, als der andere Ehmann einer Wittben, die Crahmer-Innung mit dieſer nicht zu thun hat, nach mehrern Inhalt der Beylage und eurer Frage; So ſeyd ihr auch Lehrjungen anzunehmen, dieſelbe von ihren Lehr-Jahren loßzuſprechen, einen Geſellen das Meiſter-Recht mit zu ertheilen, und in dergleichen Sachen, davon die Meiſter ſonſt zu cognoſciren haben, euch anzumaſſen nicht berechtiget. V. R. W. Porrò ſimiliter idem in ſequentibus declararunt. Auff eure an Uns gethane Frage S. W. Churfürſtliche Sächſiſche Schöppen zu Leipzig V. R. Haben wir euch nechſthin einen Rechts-Spruch ertheilet, und unter denen rationibus dubitandi mit angeführet, daß weil ihr das Seiffenſieder-Handwerck nicht gelernet, und daſſelbe ohne Geſellen nicht treiben könnet, dahero ſolcher §. etwas dunckel ſcheinet, und ihr in Zweiffel ſtehet; Ob auch zugleich der Geſellen halben, ſowohl wie weit ihr zur Laden zu laſſen, darinnen etwas gewiſſes decidiret ſey, und demnach deſſen Erklärung begehret, nach mehrern Inhalt eurer Frage. So wird eurer Perſon halben dieſer Unterſchied billig in acht genommen, daß ihr zwar als ein Glied der Innung zur Laden gefordert und gelaſſen werdet, iedoch des Meiſter-Rechts, ſo andere Meiſter haben, euch nicht zu gebrauchen habt, derowegen bey denen Veredungen vor der Laden, ſo reſpectu des Einkauffs derer Materialien, Verkauffs der Seiffen und ſonſten des Handwercks halben insgemein zu geſchehen pflegen, ihr billig zugelaſſen werdet, in denen Fällen und Sachen aber, da-

von

von zu cognoſciren denen Meiſtern alleine zuſtehet, habet ihr euch keines Voti oder Stimme anzumaſſen, inmaſſen ihr auch einen Geſellen zum Meiſterſprechen, oder einen Lehrjungen anzunehmen, und denſelben andern Meiſtern gleich loß zu ſagen, nicht befugt ſeyd, ſonſten aber Geſellen zu Fortſetzung eures Handwercks zu halten, mag euch nicht verwehret werden. V. R. W.

* *Character magiſterii.* Tirones nimirum inſtituere Lehrjungen und Geſellen 89
zu halten und zunfftmäßig zu machen eſt reſervatum Tribus, adeoque non niſi ab eo poteſt fieri, qui intra certum Tribum eſt conſtitutus. Etſi enim opifex ad ſuam operam miniſtros alere poſſit, tamen ad jura Tribus capienda id ipſis miniſtris nihil proficiet, nec admittuntur niſi à Tribuario inſtituti, imo quandoque à Tribu puniuntur. Vti habent Litteræ ſupplices balneatorum ad Principes Schwartzburgicos Jn den Reichs-Ampt Gehren P.P. Welcher geſtalt wir drey Bader in hieſigen Hochgräfflichen Ambt zeithero unſere Kunſt zwar ungehindert getrieben, gleichwohl aber, weilen wir biß dato von Jhrer Hochgräfl. Gn. Gn. mit keiner Zunfft haben können begnadiget werden, keinen Lehrjungen annehmen; Und ſo wir dann und wann Geſellen gefördert, ſelbige wenn ſie von uns weg, und an andere Orte kommen, uns die allerſchimpfflichſte Brieffe nachgeſchrieben, daß ſie unſerthalben bey denen zünfftigen Meiſtern wären geſtraffet worden.

* Jahres. Idem ſervant Cultrarii Steinbacenſes ditionis Alten Stein, *Art. X.* 90
in fine: und vor Ausgang eines Jahres Friſt einen Jungen auffzudingen nicht Macht haben. Tonſores pannorum Iſenacenſes hoc declarant de forenſibus, atque adeo ſibi invicem hactenus aliquid ſumunt præcipuum. *Artic. VIII.* ibi: Und alſo keinen Frembden das erſte Jahr einen Jungen anzunehmen, und zu lernen verſtattet, eines Meiſters Sohn aber ſolches ſo bald zugelaſſen werden ſoll. Quare ſive quis anticipet ſcholas ſeu collegium; ſive hoc morari quem longius audeat, competet illi exceptio præſcriptionis, ſeu lapſus fatalium. Quanquam facili negotio eludere illam norint Collegia, *annum* exaudiendo *Saxonicum* hoc eſt cum ſupplemento trium quaterdenarum. Quod agunt Cultrarii prædicti adverſus forenſes. *Art. IX.* Auch innerhalb Jahr und Tag nach erlangter Meiſterſchafft, keinen Lehrjungen befördern. Cujus ratio in eo potiſſimum eſt poſita, ne multiplicatis tironibus brevi creſcat candidatorum numerus Beier. p. m. *in Advocat. Opific. Cap. 21. §. 2.*

(91 in right margin beside "werden ſoll. Quare ſive quis anticipet ſcholas ſeu collegium; ſive hoc mora-")

§. V.

Non æquè tamen jus Magiſterii ſpectatur, atque jus Collegii: hinc 92
(IV.) requirimus, Eum qui pueris erudiendis operam vult accommodare,

certo collegio adprobato oportere incorporatum eſſe; ut adeo duo adhuc poſſint ipſi obſtare: unum, ſi non ſit ibi collegium, daß er an einen unzünfftigen Orth wohne. Alterum, ſi non ſit incorporatus, daß er das Hand-
93 werck nicht mit halte. Si fidem & autoritatem Georgii Beati *in cent. Sent. Sax. pag. 24. ſqq.* ſequi velis, ſatis ille habet, Peritiam opificii in docente adeſſe, neque defectum hunc collegii nocere; cum per eos, magiſtrum &
94 diſcipulum non ſteterit, nihil igitur ipſis imputandum. Atque ſic in ſpecie facti Optionem ſ. ſocium Piſtoris, einen Weißbecker-Knecht concernente, *à JCtis Witebergenſibus de Jure reſponſum* refert: Eum qui à Patre ſuo, dummodo perito opifice, opificium didicerit, ſed in loco in quo non habebantur Tribus, Non eſſe excludendum alibi, ubi tribuum ſocietates vigent.
95 Quia tamen opifices ſtatutorum obſervatores ſunt plusquam rigidi, dubito ſanè, utrum ſuperiores excuſationes ſint admiſſuri: Cum allegare poſſint, Multa collegia non uno comprehendi loco, ſed membra per vicos & oppida habitare diſperſa; quod ſi igitur in uno loco non detur collegium,
96 eundum eſſe ad alium; ſolt ſich haben einerwegen angeben. Eſſe igitur utique quod imputetur ipſi, Non quæſiviſſe collegium; nec enim collegia teneri ſingulos ſequi, die Zunfft werde ihm nicht nachgehen. Imò tamen aliquando faciunt: prohibendo eos, qui in viciniam ſuam commigrant, treiben ſie uff/
97 tanquam turbatores; Sed, Perſecutio hæc eſt; non Sequela! Novum ſuboriebatur dubium, ſi magiſtri alicujus loci in eo ſint, ut jus collegii conſequantur, Articuli tamen nondum ſint confirmati, Utrum jus prohibendi in anteceſſum poſſint exercere, & aliquem ad ſocietatem ſuam compellere? An ei, qui ſub hac fiducia ſe ipſis ſubmiſit, teneantur ad evictionem, ſi forte diſcipuli quos interea docuit, ab exteris cum exprobratione irregularitatis remittantur? Equidem ſi per eos non ſteterit, quo minus articulorum exhibitorum reſtitutio & confirmatio maturius ſequatur, in ſpem ejus puero libertas cum atteſtato doctrinæ tutò concedi poſſet, computatis ejusdem annis ex tempore factæ profeſſionis. v. *cap. 9. §. 6. b.* ſin ſecus, ſatius erit, pecuniam, qua jus collegii redemit, reſtitui, ut alio ſe convertere & ſtatus ſui ſuorumque certior vivere valeat. Ita Senatus cenſuit ☽ *15.*
98 *Julii 1677.* in cauſa Nebelthau contra Zonarios, a quibus ad Marſupiarios tranſire volebat. Ponas denique, Eſſe collegium in flore, ibique aliquem domicilium habere conſtitutum, nihilo tamen magis jus ſcholæ competet ipſi, ob hoc; Niſi huic ſe ſubmiſerit & jus collegii impetraverit, idque usque eo conſervarit, daß er das Handwerck mit halte: Sin ejectus ſit, aut ſponte diſceſſerit, juribus quoque rurſus excidit. *Nec juvabitur* 1.) quod

exer-

exercitium opificii adhuc habeat; quia limitatum eſt, & ad victum quæ-
rendum reſtrictum, darff bloß uff ſein Bürger-Recht arbeiten. Cœtera,
quæ pendent a ſtatu collegiali, quorſum pertinet diſcipulorum receptio,
ſunt negata: & ſin aliquid contra audeat, irritum erit, irregulares faciet.
Ziehet lauter Pfuſcher. *Non relevat* 1.) dicere, quod non docendi diſcendi-
que gratia quendam, ſed ſolùm miniſtrandi ergò adhibeat, hab ihn nicht der
Lehre wegen/ ſondern als einen Helffer bey ſich: quia vel ſic diſcit per indire-
ctum & in necem collegii: & qui juvet, ſi non antè doctus ſiet? Ita Senatus
in cauſa Collegii Vietorum adverſus Nicol. Henzken ♀ *15. Sept. 1676.* ſua-
ſit, Parentem pueri, tanquam magiſtrum paganicum, ſo das Handwerck
als ein Land-Meiſter mit hielt/ monere, ut a turbatore filium abſtrahat; con-
niventem autem multare juxta leges collegii permiſit. *Declaramus* autem 99
hoc. dum receptus quis abſolutè, & omnibus juribus particeps factus ſit:
Poſſet receptio ita limitibus coarctata eſſe, ut nec pueros docere, nec ſo-
cios recipere queat, tunc ſecus omnino erit. quia limitata cauſa limitatum
producit effectum, adeoque ſtatui ſibi impoſito conformiter vivere debe-
bit: prout *paulò ſuperius* diximus, atque, *in articulo de Magiſtris* denuo incul-
cabimus. Sed neque hoc prætereundum, quod ad effectum docendi tyro- 100
nes, hoc inſuper requiratur, ut inter urbanos quis magiſterium & locum
habeat; Cæterum provinciales ſeu paganici plerumque, uti non Boethos
habere, ita nec tyrones docere permittuntur: quorſum facit *Conſtitutio
declaratoria Friderici Elect. Sax. Torgavii in Feſto SS. Trin. 1514. facta, ibi:* Die-
ſelbigen Schmiede/ Schneider und Leinweber ſoll keiner keinen Knecht oder
Lehrjungen haben noch halten.

ANNOTATIONES.

* *Refert.* Verba ſententiæ ita ſe habent: Wenn gleich zu Aldorff die Weiß-
becker keine Zunfft haben/ dieweil ihr aber dennoch von euren Vater/ als 101
von einem bewährten Meiſter/ das Weißbecker-Handwerck gelernet/
und darnach bey acht Jahren dem Handwerck nachgezogen/ und in de-
nen vornehmſten Städten/ Meiſſen/ Sachſen/ Schwaben und Oeſter-
reich/ und alſo an denen Orthen/ da die Weißbecker Zünffte haben/ für
einen Geſellen gearbeitet/ ſo werdet ihr auch von denen Meiſtern zu Arn-
ſtadt/ ſofern ihr auff der Probe/ die einer/ ſo des Handwercks Meiſter
werden will/ machen muß/ beſtehet/ zu einen Meiſter billich auffgenom-
men/ zuförderſt weil die Meiſter von Arnſtadt zuvor auch zweene von
Aldorff/ die in keiner Zunfft/ ſondern allein von ihren Eltern das Hand-
werck gelernet/ auffgenommen. V. R. W.

102 * *Ejectus.* Similiter etiam ſingulare eſt, in Buccinatoribus, ut ſi contingat, buccinatorem aut tympaniſtam viduæ vel virgini honeſtæ ſtuprum inferre, etſi eam ante aut poſt tempus partus in uxorem ducat, præter pœnam tamen publicam, quæ ipſi imponitur, ejusmodi transgreſſor legis ab exercitio artis penitus excluditur, ita, ut neque tyronem neque ipſum filium ſuum informare queat, vti extat in Privilegiis Buccinatorum confirmatis à Ferdinando III. Imperatore *Artic. XV.* verb. Zum funffzehenden / im Fall ein Trompeter oder Heerpaucker ſich mit einer Wittfrauen oder eines ehrlichen Mannes Tochter unordentlicher Weiſe vergriffe / dieſelbe ſchwängerte / und doch ehligte / ſolche aber zu frühe hernach nieder käme / oder gebähren ſolte / alsdenn auſſer der Obrigkeitlichen Straffe / ſolchen weder ſein eigen Kind noch einen andern Jungen zu lehren / zugelaſſen ſeyn / vielweniger der / ſo eine öffentliche beruffte Perſon heurathet / bey der löblichen Kunſt und Cameradſchafft nicht paſſiret werden / es könte denn ein ſolches Kind durch Ihre Käyſerl. Majeſtät / oder jedes Orthes Landes / Fürſten dazu legitimiret werden.

103 * Bürger-Recht. Id quod lite ſuper jure opificii pendente fieri ſolet, ut quidem talis opificium materialiter, & quoad ejus naturalia exercere poſſit, ſed ſine habitu magiſterii ac jure Collegii, ut nec docere vel mittere *tyrones* nec expectare boethos, nec ſpontaneos, niſi ad *quaterdenam privilegiatam* auf Hofrecht recipere poſſit. Ad Comitia vero & hilaritates neque invitatur, neque ſe ingerens admittitur Beier in *Advoc. Cap. 13. §. 9.* Vnde & tales turbatores evadere dicuntur, qui tempore interdicti pergunt opificium exercere, ſive puerum, quem ante interdictum receperant, retinendo, ſive durante interdicto noviter ſuſcipiendo. Vtroque proinde caſu monendi ſunt diſcipulus & magiſter; Hic quidem, ut quanto poterit ocius, è controverſia, quæ cum Collegio intercedit, ſe expediat, ac tum ſibi, tum puero proſpiciat, quippe cui procraſtinatione atque contumacia ſua nocebit. Puer vero monendus, ut periculum ſtatus ſui conſideret, ne artis teſtimonio deinde privetur. Id. de *Magiſtr. Opific. Cap. 15.*

104 * *Plerumque.* Quod ſi tamen tales magiſtri pagenſes certam tribum agnoſcant, etiam illis aliquando permiſſum eſſe ſolet, tirones inſtituere. Quo pertinet conceſſio nomine Principis facta à Regimine Schwartzburgico-Franckenhuſano de dato Franckenhauſen den 28. Jun. 1706. verbis: Auff beſchehenes Nachſuchen Johann Ludwig Wirths, eines Schmiedes zu Seehauſen, ſonſten von Heldrungen bürtig, ſoll demſelben, jedoch ohne conſequenz und

Nachtheil der Schmiede-Gülde allhie nachgelaſſen ſeyn, einen Lehrjungen vor allhieſigen Handwerck und der Lade auffdingen zu laſſen. In Fall ermeldter Wirth aber ſich anhero wenden, und das Schmiede-Handwerck als ein anderer Meiſter, hieſigen Orthes zu treiben, ſich reſolviren würde, ſoll er gehalten ſeyn, das Meiſter-Stück zu verfertigen, auch alle andere præſtationes, die ein ander Bürger und Meiſter ſothanes Handwercks, vermöge erhaltener Innung zu leiſten ſchuldig, ebenmäßig zu thun und zu bewerckſtelligen, ꝛc.

CAP. IV.
de
Sexu & ætate diſcentium.

Conſpectus.

Tyrocinium qui ſubit, vacuus præſupponitur ſeu arte tota, ſeu gradu certè ejus. n. 105. 106.
Statutum Collegii examinatur, quo tyrocinium ad certas perſonas reſtringitur. n. 107.
Legendi & ſcribendi peritia an requiratur in tyrone. n. 108.
Excluduntur à tyrocinio fœminæ. n. 109.
Rationes hujus expenduntur. n. 110. 111. 112. 113. 114. 115.
Opifices an teneantur ad tributa? Affirmatur. n. 116.
Opificia ſexus fœminini. n. 117. 122.
Magiſter opera uxoris uti non prohibetur. n. 118.
Vidua opificium mariti poteſt continuare. n. 119.
Miniſtratio fœminarum circa fœminas. n. 120.
Vxor non tenetur invita ad operas artificiales marito præſtandas. n. 121.
Fœminæ ſunt incapaces & inhabiles ad tribum. n. 123. 124.
An ancillæ poſſint operari in miniſteriis opificum. n. 125.
Continuatio opificii viduæ conceſſa, eſt res gratiæ. n. 126.
Fœminæ opificum ad convivia admittuntur. n. 127.
Ætas tenera tyronum eſt aptior ad addiſcenda opificia. n. 128.
In provecta ætate imaginarius quandoque tyro conſtituitur. n. 129.
Corporis robur quorundam opificiorum ratio exigit. n. 130.
Ætas non nimis præmatura ad opificium adferri debet. n. 131.

 §. I. Sub-

§. I.

105 Subjectum, quod in diſciplinam traditur, aut omni, aut eâ ſanè arte præſupponimus vacuum, cui ſe nunc committit. Alioquin enim nemo tam in ſeipſum erit injurius, perpetuo ut ſe mancipatum velit tyrocinio; aut præſumtuoſus, ut artes omnes comprehenſurum confidat; aut Avarus, ut omnes exercere velit: aut in Magiſtrum ingratus, ut ad ejus invidiam alii ſe committat ex integro poliendum. Unde, in Academiis gradum in aliqua Facultate aſſumentibus, inter cœtera, ejusdem gradus petitio in alia Univerſitate, ejerandi neceſſitas imponitur; tanquam in contemtum unius conferentis vergat, ſi idem ab alio petatur. Peti autem poſ-
106 ſe, tacitè concedit, qui ſtipulatur omiſſionem. Quod ſi tamen ad *diverſi generis* opificium velit tranſire, aut ex eodem genere *gradum ſublimiorem* intendat, veluti ſi cementarius aut murarius, aut lapidarius, ein Steinbrecher/Maurer/Steinbrücker Quadratario vel Statuario aut Marmorario, einem Steinmetzen/Bildhauer ſe velit committere, Id citra injuriam alterius facere poterit. Nam intuitu harum artium ac graduum vacuus exiſtimatur. Dicitur autem vacuum ſubjectum *in l. 27. §. 2. ff. de Uſufr.* ratione artis, quæ qualitas & habitus eſt animi, qui ea eſt imbuendus. Nam ſubjectum ut quod, totus homo eſt, ſed animus eſt ſubjectum ut quo, ſeu mediante quo ars homini adhæret. Non dicitur *Raſum*, tanquam præextiterint notitiæ, ſed nuda remanſerit reminiſcentia, per informationem reſtauranda. At enim, non ut quisque receptionem & informationem petit, æque promptè admittitur, Niſi ſit idoneus: ſed requiritur habilitas tum Corporis, tum Animi, tum Conditionis ac fortunæ; quorſum Sortem naſcendi quoque referimus: adeoque excluduntur alii ob Sexum, Ætatem, Corporis imperfectionem atque imbecillitatem, nativitatem inhoneſtam, diffamatam Nationem, & ſim.

ANNOTATIONES.

107 * *Subjectum.* Eſt vero profeſſio artis & opificii libera, & nemini aditus ad tyrocinium eſt præcludendus, qui nativitate legitima & honeſta eſt ortus & alias per ætatis ac corporis vires eſt habilis ad opificium addiſcendum. Intereſt enim reipublicæ inſtrui tyrones, ut opificia in ſuo conſerventur flore: Et hinc monopolium ſapiunt illa ſtatuta, quando artifices inter ſe paciſci velint; *Ne inſtruant in arte vel opificio ſuo alios, quam vel filios, vel nepotes.* Quale ſtatutum in Italia eſſe dicitur inter eos, qui margaritas perforant Sichard. *ad tit. Cod. de monopol. n. 3,* Item der Baſſierer und Chryſtalliter

ſtalliter

ſtallirer zu Freyburg Fritſch. de *monopol. cap. 12. n. 23.* Facilius tamen toleratur ſtatutum illud, ut nemo inſtruatur niſi *municeps*, ut ita Civibus & Provinciæ exercitium artis reſervetur; Vti memorat Menoch. *Arbitr. Jud. Quæſt. Lib. II. Cent. 6. Caſ. 569. n. 15.* ubi ait: Duodecimo monopolium committunt etiam artifices, ſi inter ſe paciſcantur, ne quisquam eorum in arte aliqua inſtruat alios, præter liberos vel nepotes. Quod tamen locum non habet in his artificibus, quibus vel privilegio, vel uſu antiquiſſimo permiſſum eſt, ita paciſci ſeu obſervari: quemadmodum obſervant artifices illi ex oppido Altaris in Liguria, qui vaſa vitrea conficiunt, ii antiquiſſimam habent inter ſe obſervantiam, ut neminem eam doceant artem, quam ſuos municipes.

* *Animi.* Eodem pertinet, quod nonnullis Collegiorum ſtatutis requiritur, 108 ut recipiendus tyro, legendi ſcribendique peritia ſit inſtructus. Vti habet Fürſtl. Schwartzburgiſche Bader-Ordnung *Artic. 8.* Welcher Bader einen Lehrjungen auffnehmen will, ſoll vor allen Dingen darauff ſehen, daß derſelbe ehrlicher Geburth, gebührlichen Alters, feines Verſtandes, in Leſen und Schreiben wohl geübet, auch zuvörderſt zur Gottesfurcht angehalten, und in ſeinen Chriſtenthum wohl unterrichtet ſey.

§. II.

SEXU excludimus Fœminas, à nullo Magiſtro in diſciplinam aſſumi 109 ſolitas vel aſſumendas. Ratio ejus eſt, quod directio familiæ illis ſub auſpiciis mariti committitur, incertum autem, quis ac qualis ille futurus; certius igitur & huic ſexui convenientius, rei familiari ac culinariæ adſueſcere, colum tractare, nere, lavare &c. Iſtæ expeditiones generales, Cuivis 110 marito opportunæ & neceſſariæ; ſimul iſtam comprehendunt commoditatem, ut ſexus quilibet ſibi congrua tractet, nec utroque in idem intendente, ſe mutuò impediant, & quod ad alterutrum pertinebat, negligat uterque, aut immiſceat ſe unus negociis ad ſe non pertinentibus cum deſertione ſuorum. Adde, quod ea ratione fœminæ nacturæ ſint occaſio- 111 nem verſandi inter mares, non absque periculo pudicitiæ, ſi non in una, ſanè in decem aliis. Sunt inſuper à functionibus publicis excluſæ per *l. 2. ff. de R. J.* publicam autem functionem ſeu munus Opificum eſſe, ſane hodie negari non poterit, ubi collegia publica autoritate conſtituuntur, & 112 Jurisdictio qualiscunque ibi exercetur. Expedit porrò, Artificia per Mares excoli atque tractari, tam diſcendo quam docendo, magis quam per fœminas: Tum, quia non omnia tradi ac percipi poſſunt domi ac tempore ty-

 rocinii,

rocinii, ſed longè plura & ſublimiora ſupplentur uſu, experientia, pere-
113 grinatione; unde proverbium opificiarium: Was ich nicht hab erlernt/ das hab ich erwandert. At verò, Peregrinationes ſexum fœmineum dedecent, quia ſuſpectam reddunt pudicitiam, aut certe modeſtiam: unde germanico proverbio dicitur: Von ungewanderten Junggeſellen/und gewan-
114 derten Jungfern werde beyderſeits wenig gehalten. Dirigere, præeſſe, protegere, quæ cuncta ad Magiſtrum opificiarium ſpectant, ſunt quaſi de reſervatis ſexus maſculini: At verò, Cui uſui diſceret fœmina, ſi juxtim ſemper in famulitio conſiſtere, & non ad cathedram quoque adſcendere velit aut liceret gubernatoriam? Denique Opificia exigunt ab opificibus munera publica, & miniſteria virilia, ſequelam, excubias, wachen und gaſſen. Jam v. defendi mulieres à viris æquum eſt, non viros à mulieribus. conf. *l. 4. l. 18. & 21. C. de Procur.*

ANNOTATIONES.

115 * *Fœminas.* Idque communi Opificiorum conſuetudine non tantum in Germania, verum etiam extra Germaniam, cum ratio prohibendi ſit communis, ex naturali quadam fœminarum inhabilitate & deſtinatione ordinis naturalis dependens, prout notat Gregor. Tholoſ. *Lib. IX. Syntagm. Jur. Vniverſ. Cap. 4.* Stephani de *Jurisd. Lib. II. Part. II. cap. 8. n. 55.* Paponius *Corp. Jur. Franc. Lib. VI. tit. 9. Art. 1.*

116 * *Munera.* Nec tantum ad munera perſonalia tenentur opifices, verum etiam ad munera realia, juxta proportionem quæſtus negotiatorii, quem ex operis ſuis lucrari poſſunt, & juxta proportionem mercaturæ & mercium, quas divendunt Knipſchild de *Civitat. Imperial. Lib. II. Cap. XVII. n. 59.* Klock. de *Contribut. cap. XI. n. 98. 99.* Quanquam enim quidem JCti aſſerere velint, operas artificum collectis ac cenſibus non ſubjacere; Quod nimirum diligentia oneribus gravanda non ſit, verum potius præmiis ſit adjuvanda arg. *l. fin. Cod. de Alluvion.* deinde, quia operarii ex ſuo ſudore victum quærentes, pro pauperibus habeantur, quos egeſtas à collectis ex-
117 imit arg. *cap. quod ſuper X. de vot.* Verum contraria ſententia juſtior cenſetur & æquior, cum non pro diligentia, ſed pro lucro quod capiunt, & pro protectione, qua publicè una cum aliis civibus fruuntur, aliquid proportionatim ad conſervationem reipublicæ ſolvunt. Add. Mevius ad *Jus Lubec. Part. II. Tit. 3. Art. 2. n. 38. & ſeqq.*

§. III.

Equidem artificia quædam ſexum fœmineum haud dedecent, neque

onerant

onerant etiam, aut inſolita ſunt, ſed à fœminis quoque exercita primis temporibus percepimus; ut Nendi, Texendi, ſaponem coquendi, tanquam lotionis conſequentis; aromata in uſum medicum & culinarium condiendi & ſim. Taceo (2.) quod Magiſtrorum uxores, filiæ, atque adeo 118
etiam ancillæ paſſim aſſideant & adſiſtant Maritis, parentibus, dominis, & ex moribus opificiariis in partem laborum aſſumi non prohibeantur, ut *ſupra* dictum: ut nihil vetet, ſi non artem in ſolidum, magnam tamen ejus partem, aliud quaſi agendo diſcere: quidni ergò apertè res hæc agi fierive permittitur, ut tyrocinia ſubire cogantur? Adde quod marito aut Patre 119
defuncto, viduæ ac liberis opificium continuare integrum relinquitur, dum peritum adhibeant Adjutorem *v. n. 63.* quem ni fallor, Sartores dicunt einen Taffelſchneider. Sutores, einem Bretmeiſter. Fabri lignarii einen Pallierer / Pharmacopæi einen Proviſorem &c. qui omnes in vicem domini officinam gubernant, ſub auſpiciis viduæ & liberorum, quos inter haud rarò ſunt fœminæ. Neque opus eſt ipſis in hanc rem artis aut tyrocinii teſtimonio, ſed hereditario jure id habent à defuncto. Quid, quod (4.) fœminæ 120
alicubi non niſi per fœminas ſibi volunt miniſtrari, in his quæ ad curam corporis pertinent, utcunque ſit res artificii, v. g. cucurbitulas applicare; quod balneatorum proprium eſt. Non ſinit tandem dubitare autoritas Dn. JCtorum Jenenſium, qui hanc in rem Menſe Jun. 1630. reſponderunt, teſte Dn. Bechman. *Exerc. exoter. III. n. 110. in verbb.* Daß ein Meiſter ſein Weib oder Tochter zu ſeinem Handwerck zu ſetzen / und vor einen Knappen arbeiten zu laſſen befugt.

ANNOTATIONES.

* *Uxores.* Quanquam permiſſum ſit opifici uxorem & liberos in opificio ſuo 121
adhibere; Attamen hoc magis ex libera voluntate, quam obligationis cujusdam civilis neceſſitate fieri intelligitur. Neque enim in ſpecie uxor vi officii conjugalis ad operas artificiales marito exhibendas, compelli poteſt, prout decidit Klock. *Part. IV. Conſil. Adoptiv. 95. n. 26.* Quanquam enim ad operas obſequiales & oeconomiæ curam obligetur Struv. *Synt. Civ. Exerc. XXIX. th. 56.* Et ſint quoque quidam ex Jctis, qui eandem etiam ad artificiales adſtringi, putent, adeo, ut etiam poſt mortem mariti, per id tempus, quo alimentatur ex communibus bonis, teneatur operari hæredibus mariti, non aliter ac marito adhuc ſuperſtite, prout vult Bartol. *in l. divortio n. 19. ff. ſolut. matrim.* Unde etiam Paulus de Caſtro tradit, quod vidua, cui ſubminiſtrantur alimenta in domo hæredum, teneatur eis, & in eorum commodum laborare, de omni opere, quod facere didicit, v. g. fi-

lare, nere, texere. Et pariter docet Baldus in *l. adſiduis n. 4. Cod. qui pot. in pign.* Quod texturæ & alia manualia, quæ exercet mulier in domo mariti adhuc ſuperſtitis, non cedant lucro uxoris, ſed acquirantur bonis mariti. Verior tamen eſt opinio contraria, quam tenet Alexander de Imola *Conſ. 133. n. 3. Vol. 4.* qui concludit ſimpliciter, viro in uxorem non competere aliquod jus ſervitii, vel exigendarum operarum, niſi officialium v. g. ad reddendum debitum conjugale, ſuſcipiendam liberorum educationem, oeconomiæ curam &c. & alia, quæ ſibi conjuges invicem debent Coler. de *Proc. Execut. Part. 1. cap. 2. n. 196.*

122 * *Adſideant.* In iis nimirum opificiis, quæ non ſunt adeo ingenioſa, nec ſingularem artis peritiam requirunt, quæ communiter cum maritis exercere poſſunt, uti ſunt operæ Piſtorum, Sartorum, Textorum ſive linteum ſive pannum texant, & hoc vel ex lana ovium, vel vermicularum, ut ſericum, vel arborum, ut bombycinum; Porro in opificiis fullonum, ſutorum, pellionum, reſtionum, tinctorum &c. non poſſunt opifices à reliquis Collegis prohiberi, quo minus opera ſuarum uxorum utantur. Conf. Wibelius de *Contractib. Mulier. Cap. IV. n. 100.* Caroc. *de Locat. Cond. Part. II. quæſt. 25. n. 16.*

§. IV.

123 Verùm, ut hæc in theſi ſe benè habent, ita tamen non important neceſſitatem eas ad tyrocinia formaliter ſubeunda admittendas. Et, quod *ad primum* attinet, referendum iſtud ad ea tempora, quibus ſtatus & conditio opificiorum liberior, neque in eum ordinem, quo hodie ſe habent, redacta erant: omnia autem exaudienda ſunt Rebus in eod. ſtatu permanentibus: manſerunt etiam Nere, lavare, coquere, in priſtina libertate, ſic, ut fœminæ in Imperio coli regnent ſolæ, culinam autem cum maribus pro indiviſo gubernent. *Ad ſecundum* Reſp. diſtinguendo inter materiale & formale; inter id quod fit directo & in conſequentiam; ſeu quod intenditur & quod accidit. Fatemur, fœminam ex quotidiana cum maribus converſatione partem opificii haud contemnendam addiſcere, ſic, ut operas præſtare valeat oppido proficuas: nunquam tamen initiatur aut emancipatur, non
124 ſocia fit aut Magiſtra, nec jurium magiſterialium evadit particeps. Verbo, characterem ac ſtatum illum civilem, quo & mares collegiati differunt à reliquis, haud conſequuntur; Ex quo tamen illud in maritum redit emolumentum, quod nec uxor, nec filia aut ancilla ipſi in numerum puerorum aut ſociorum, legibus collegii alioquin determinatorum, imputetur, ut non impingat in ſtatuta, qui ultra binos ſocios alere prohibetur, ſi uxorem ipſis

ipſis adjungit, filiam vel ancillam. Dum hoc tamen præcaveat, ne, quæ Sociorum ſunt propria, ancillis committat, juxta *ſuperius n. 65.* jam dicta. Atque in hunc ſenſum acceptum Dnn. JCtorum Jenenſium reſponſum, ultimo loco allatum, nihil rectæ ſententiæ adverſabitur: quoniam hodienum quorundam collegiorum ſtatutis exſertim prohibentur ſocialia per ancillas fieri. Sic zonarii in projecto ſuorum ſtatutorum *artic. 3.* diſpoſuerant: Es ſoll auch kein Meiſter oder Wittbe einzige Dienſt-Magd am Amboß / Schraub-Stock / Werckbrett / oder was ſonſt einem Meiſter oder Geſellen zu thun gebühret / arbeiten laſſen / bey Straff 2. Reichsthaler. Dergleichen Magd ſoll auch nicht auff öffentl. Jahr-oder Wochen-Märckten zu ziehen / und Gürtler-Wahre feyl zu haben / gebrauchet werden bey obiger Straff. *Tertium* nos non ferit, quoniam fœminæ continuationem opificii poſt exceſſum maritorum nullo ſuo jure, ſed ex mera gratia, ex privilegio quod magiſtri in favorem ſuorum impetrarunt, habent, & ex conniventia collegii, ſub auſpiciis legis exercent, cœteroquin ſatis limitatum, vel ad ſtatum viduitatis, vel quousque indiviſam poſſident hereditatem. Quæ *quarto loco* allegatur Fœminarum unius vel alterius provinciæ verecundia, neque cœterarum meretur applauſum, neque ſufficit ad mares de ſolio deturbandos, aut fœminas ad jura Collegiorum cum maribus communia habenda permittendas; & ſi quid eſt, quod pudor eas jubet clam maribus habere, tegere poſſunt, ut vel ſic maribus ad reliqua liber ſit acceſſus. 126

ANNOTATIO.

* *Characterem.* Ad convivia tamen & hilaritates Conventuum Opificum ordinariorum omnino invitanda, atque in iis jure & præcedentia mariti fruitur, adeoque ut licet vitiata fuerit fœmina, poſtea tamen matrimonium legitime contrahens nequeat ab honeſtis iſtis conſortiis excludi; Prout reſponderunt JCti Wittebergenſes teſte Bergero in *Reſponſ. Part. 1. Reſponſ. 257.* ibi poſt alia ita extat: So iſt gedachte T. S. im Fall ſie heurathet, gleich andern Meiſters-Weibern zu denen Zuſamenkünfften mit einzuladen, in dem Handwercke zu dulden und nach eurem Tode als eine ungeſcholtene Meiſterin, das Handwerck fort zuſetzen, wohl befugt, auch dahero mehrerwehntes Handwerck der Schlöſſer ſelbige auff-und anzunehmen ſchuldig. Es iſt auch derſelben geſtalten Sachen nach, und da erhebliche Urſachen ſich ereignen, zum Uberfluß und Vorkommung alles Streits, von einem Comite Palatino ſo dißfalls berechtiget, ſich gebührend legitimiren zu laſſen, unbenommen. 127

§. V. Te-

§. V.

128 Tenera ÆTAS, ipſa puerorum denominatione, qua Jungen appellantur, innuitur. Eſtque ratio illius, Docilitas, & præ ſenio adprehendendi capacitas, maximè verò Tractabilitas. Præſumtum eſt enim, ea mancipia quæ rudia ſunt, ſimpliciora quoque & ad miniſteria, obſequia & diſciplinam ferendam aptiora; Trita v. mancipia & veterana, difficile eſt reformare & ad ſuos mores formare. *l. 37. ff. de Ædil. Edict.* juxta proverb. germ. alte Hunde ſind ſchwer bändig zu machen. Unde, qui mancipium veteranum pro novitio vendidit, redhibitoria conveniri poteſt. Sciunt videl. venalitiarii, facile decurri ad novitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, & pro novitiis vendunt. Accedit intereſſe ipſius diſcipuli, tantò maturius diſciplinæ tradi, quanto tardius ipſum emancipatum iri certum eſt, juxta proverbium, je länger hier / je ſpäther dort. Et in eum, qui provecta ætate literis operam dare cœpit, jactatum dicterium: Tu eris Doctor in altero ſeculo! Magiſtri quoque intereſt, juſta ætate diſcipulum antecedere, ut autoritatem ſuam adverſus refractarios dignè tuendam. *arg.* §. *4. J. de Adopt.* nam aliqui reſpuunt caſtigationem, ſind dem Meiſter über die Hand gewachſen: quod conquerebatur Jacob Schmied / cultrorum artifex adverſus Matth. Pertuch. ♀ 22. Octobr. 1680.

§. VI.

129 Singulare quid eſt atque extraordinarium, ſi in ætate virili vel propemodum ſenili quis, dicis gratia & pro forma, characterem ſeu ſpeciem Tyronis ſuſcipiat, ad hoc ut ad ſtatum regularem perveniat, collegii adprobati membrum evadat, perſecutiones atque inſidias effugiat, Turbatoris infame nomen amittat. Quale expediens in ſua perſona paſſus eſt inveniri Chriſtoph Wächter / molitoris filius, a patre in arte fabrili lignaria, ſed extra ſtatum collegialem edoctus, quem Paupertas & indoles bona ulterius excolere juſſerat ſic, ut ſatis affabre faceret, & præprimis in trochleis fabricandis magiſtros profeſſione tales ſuperaret, & adplauſum præ illis mereretur; ſed ob id pro Turbatore habitus, ſatisque exagitatus, iſt als ein Störer immer uffgetrieben worden / Donec haud ita pridem conveniret cum collegio, ut certum ex illis nominet ſibi Magiſtrum, ſub cujus auſpiciis ſecurè liceat ipſi operari: ſeu, qui eo tanquam tyrone imaginario, non doctrina aut labore, ſed mercede & jure uteretur, in ipſius perſonam opus conducendo, könnt Arbeit uff ihn dingen / mercedemque hebdomatariam, ſociis de cœtero dignam,

denn

denn er arbeitet jedem Geſellen gleich / ſtatuendo, ſed non niſi tyronibus dari ſolitam exſolvendo, muß Jungen Lohn nehmen. Eâ ratione omnibus videbatur conſultum; ac veterano tyroni quidem, ſtatus legalis & operandi ſecuritas, juxtaque certitudo mercedis, quanquam tenuioris, erat quæſita; Uxor & liberi ad collegium approbatum referebantur; Magiſter in ſingulas ſeptimanas duodecim groſſos otioſa manu lucrari poterat, ſtatuendo triginta groſſos pro mercede tanquam ſocio, ſolvendo autem octodecim, tanq. tyroni. Collegium exoneratum erat uno turbatore, war eines Stöhrers lohs worden. D *13. Sept. 1680.*

§. VII.

Ætas juſta, infert etiam ſufficiens Robur Corporis, quod, uti ver- 130
bis ſtatutorum expreſſum nondum reperi, quædam tamen opificia taci-
tè & natura ſua exigere certum eſt: v. g. Fabrorum tàm ligni quam fer-
ri: Vietorum, Murariorum, Laniorum. Cum contra res veſtiaria in
Sartoribus, vel mediocribus viribus contenta ſit. Quamquam in La-
niis id licuerit obſervare, quod filiolos, quamprimum vaccis faſciculum
fœni præbere potuerint, anno etiam duodecimo, ad opificium tanquam
idoneos traxerint & inſcribi curaverint; ubi vero cultrum per gulam
vituli adigere valuerunt, tanquam tyrocinio poſito, emancipaverint. Ni-
mirum, Parentum naturalis hæc eſt cura, ut quantocius liberis ſuis pro-
ſpiciant, wollen ihre Kinder gern bald verſorgt wiſſen: quare, quod col-
legia una manu prolongant, prolixiora diſciplinæ & peregrinationi præ-
ſcribendo intervalla, erhöhen die Lehr- und Wander-Jahre; hoc ſinguli
de collegio domi, circumventione quadam reducunt & anticipatione
compenſant, ziehen die Kinder deſto zeitlicher zum Handwerck / da ſie noch
nicht ſo kräfftig / daß ſie könten ein Lamb zur Schlachtbanck führen / ut ſa-
tius ſit, inpoſterum non modo terminum ad quem usque anni doctrinæ
durare, verum etiam à quo incipere debeant, ſtatutis exprimere
v. g. Ne quis ante decimum quintum / vel XVI. ætatis annum 131
doctrinæ tradatur: Cum vel ſic ſatis maturè iſtud, priſtinæ doctrinæ u-
nico anno ſurrogatum biennium, una cum uno peregrinationis anno,
(quo ipſo tamen non ulterius proficiſcuntur, quam qua patrio de lare
fumum conſurgentem videre licet:) tranſeant; Sic, ut anno decimo no-
no, vel ex rigida etiam modernæ legis cenſura, Magiſtri Juſtitiæ, & Spon-
ſi, proximo denique anno vigeſimo parentes fiant, ac prius quam qua-
drageſimum attingant, alium ex ſe genitum Magiſtrum collegio præ-
ſentare poſſint; adeoque ſexagenarius avus, & filium & ex hoc nepo 132

tem collegas habeat. Poſt, ubi Extraneus, quem vocant; ſi non ſit Magiſtri filius, collegium & magiſterium ambiat, etiam ubi nihil in eo deſiderare poſſunt, jam de numero contribulium nimis excreſcente conqueruntur, omnes intendunt nervos, ut abſterreant, & ſic monopolium in meros indigenas, quandoque indignos derivent.

CAP. V.
de
Nativitate legitima.

Conſpectus.

Seminario Collegii opus eſt. n. 132. 133. 134. 135.
Ruſtici non ſunt promiſcue admittendi n. 136. 141.
Opificia non ſunt ad rus trahenda. n. 137.
Vandali non admittuntur ad opificia. n. 138.
Etiam extranei poſſunt in tirocinium recipi. n. 139.
Recipiendus debet eſſe liberæ originis. n. 140.
Ratio natalium eſt habenda in recipiendo tirone. n. 142.
Non admittuntur ſpurii. n. 143. 146. 147.
Probatio nativitatis legitimæ ſolenniter eſt facienda. n. 144.
Viles perſonæ excluduntur à receptione, & quinam viles dicantur. n. 145.
Spurii quidem non ſunt infames, rectè tamen excluduntur. n. 148. & ſeqq.
Spuriorum liberi non excluduntur, ſi alias honeſtè nati ſint. n. 154. reſponſum additur. n. 156.
Statutum non habetur irrationale, ut concumbens cum fœmina ante benedictionem ſacerdotalem non admittatur ad Collegium. n. 155.
Nati ex concubina ſive naturales non admittuntur. n. 157. 158.
Naturalibus literæ legitimorum natalium jure denegantur. n. 159.
Quid juris, ſi tales per Principis Reſcriptum ſint legitimati. n. 160.
Excluduntur à receptione Expoſititii. n. 161.
Rationes dubitandi & decidendi traduntur. n. 162. 163. 164. 165. 167.
Expoſiti à quonam alendi ſint. n. 166.
Excluduntur bigamorum liberi. n. 168. 169. 170.
differentia inter bigamiam & adulterium. n. 171.
Legitimati per Principis Reſcriptum an habiles ſint ad Tribum. n. 172. 173. 174. 175.
Differentia inter legitimos & legitimatos per Reſcriptum in quibus caſibus attendatur, n. 176. 177.

An

An legitimatus per Reſcriptum Principis territorialis ſit habilis ad Tribum. n. 178.
Legitimatus per ſubſequens matrimonium habilis eſt ad Tribum. num. 179. 180, 181. 199.
Etiamſi Articuli Collegiorum appareant in contrarium. n. 182.
Liberi ex imprægnata ab alio an ſint habiles ad Tribum. n. 189.
Objectiones circa legitimatos per ſubſequens matrimonium, reſolvuntur. n. 190. 191. & ſeqq.
Limitatio traditur. n. 198.
Nati ex præcoci concubitu an ſint habiles ad Tribum. n. 199. & ſeqq.

§. I.

EQuidem ad perennitatem opificiorum conſervandam ſeminario quodam opus eſt & ſubinde novi homines ad ea adducendi ſunt, prout dictum *art. 1. §. 1.* in tantum, ut vel Mendicorum filii ab iisdem abstrahi atque ad opificia deduci diſponatur *R. J. Aug. 1500. Tit. 26. vid. ſup. n. 50.* quod tamen & illam habet cauſam, ne à parentibus ad mendicitatem continuandam adſuefiant. Delectus tamen habendus, nec promiſcue ex quovis hominum ſtatu opificibus obtrudendi. Statum civilem alicujus perſonæ conſideraturo, primum ad Gentem & Nationem ejus reſpicere opus eſt; quia non parum ad ejus commendationem facit, ex ea oriundum eſſe, quæ bonæ ſit famæ, verſâ vice, adverſus quodlibet individuum ſuſpicio eſt, ſi nationis ſit diffamatæ, tanquam mali corvi malum ovum. Sic ab imbellia, perfidia, ingenio ſervili atque hebeti judicio famoſi quondam fuerunt Syri, ut dicteria inde ſumerentur atque in eosdem quoque jacerentur. Flavius Vopiſcus *in Aureliano*, rarum eſſe ſcribit, ut Syri fidem ſervent, imo difficile: & ſi quis ſervum nominare vellet, Lydum, Syrum, Getam, Davum diceret. Quam infames apud Judæos Samaritani, quam deſpecti Galilæi fuerint, ex *Joh. I. 46. VII. 52.* videre eſt. Germani opifices non recipiunt è Vandalis quem doceant; Germanos eſſe oportet eosque ingenuos, non proprios homines. Et hoc jus quidem victoris in victos eſt, ut non tantum armis ademtis ad militiam & priſtinæ libertatis vindicias reddat impotentes, ſed & ab omnibus functionibus civilibus & honeſtis & ingenuis excluſos, ad culturam agri deſtinatos, ad omnem honeſtam converſationem & alia munia faciat inidoneos; ut, quod manu & facto, ſuoque infortunio ſemel evaſerunt, poſthac jure quodam permaneant. Præprimis vero ſtudendum eſt, ut agris ſua conſtet cultura, neque ruſtici hinc ad civitates diffluant; quia profeſſio hæc reliquarum eſt fundamentum; & ſi

132 133 134 135 136

ceſſet juſta proportio cum reliquis, tandem & illæ contabeſcent, ecquis enim oppidanis frumentum ad forum deferet, ſi pagani omnes commigrent in civitates, fiant opifices aut mercatores? Atque hoc ibi potiſſimum cavendum, ubi vel minus populoſa eſt provincia, agri natura infœcundi, aut ſolum minus tractabile, plus laboris requirit; vel ubi homines glebæ ſunt adſcripti, ut Dominus onere culturæ, ampliorisque familiæ alendæ ſublevetur, quod in eum redundaret utique, ſi pro lubitu diſcedant ruſtici. Unde admodum vigiles ſuorum jurium cuſtodes, & transfugarum ſagaciſſimi indagatores, acerrimi denique adverſus Receptores vindices; ut non raræ inter Nobiles & circumjacentes civitates oſtendunt controverſiæ: ſicut teſtatur Dn. Mevius *in tract.* von Abfolg der Bauers-Leute. neque enim in præjudicium recipiendi ſunt, profugi
137 à Dominis ſuis homines proprii. Verſa vice, ſua civibus relinquenda profeſſio & quærendi per artes & mercaturam victus ratio, neque opificia in rus trahenda; quod contingere poſſet, ſi homines proprii apud opifices clam irreperent, ac fortaſſis non absque Dominorum conniventia, tam diu inter eos ſubſiſterent, donec in artis arcana penetraſſent, *conf. ſup. n. 68.* revocati tunc ſub ſpecie profugorum, artem una ſecum & in pagos auferrent. Ut non immerito & opificibus prima hæc cura fuerit relinquenda, tanquam damnum exinde in illos proxime ſit redunda-
138 turum. Et ob hanc fortè cauſam Vandali in quibusdam locis, ut Lunæburgi, non admittuntur ad opificia; & teſtimoniis expreſſe inſeritur: Daß ſie guter ehrlicher Teutſcher Geburth / und nicht Wendiſcher Arth. arg. *l. 31. §. 21. ff. de ædil. edict. c. 5. diſt. 24. c 3. diſt. 98.* Saxo autem Vandalos vicit. Land-R. *L 3. a. 44. 70. & 73.*

ANNOTATIONES.

139 * *Nationem.* Neceſſe non eſt, ut recipiendi in Collegium ejusdem civitatis vel loci ſint cives vel incolæ, in quo recipi ſe petunt. Poſſunt enim tribunitii non ex diverſis ſolum unius territorii præfecturis; verum ex diverſis quoque territoriis in Tribus coire, modo ſtatuta locorum non ſint in contrarium, nec alias præjudicium aliquod inde naſcatur. Conf. Fritſch. *de Nund. Part. I. cap. 4. th. 1.*

140 * *Proprios homines.* Antiquum ſcilicet eſt Germanorum libertatis ſtudium, ut nemo reciperetur in Civitatem, niſi qui ſit *liberæ originis.* Quo ſpectant ea, quæ habet Lehmannus in *Chron. Spir. Lib. II. c. 20.* ibi: Ferner iſt zu wiſſen/daß diejenigen ſo der Leibeigenſchafft und Dienſtbarkeit durch vorberührten proceß einen ledig geſprochen/erſtlich hiedurch zu dieſer Freyheit kommen/

kommen / daß ſie / in denen Reichs-Städten zu Innwohnern / doch nicht zu Bürgern angenommen worden / darzu keiner / der eines andern Herrn Leibeigener / gereichen / und der gemeinen Rechte der freyen fähig werden können / vermöge der Geſetz / ſo droben unter denen 6. Beſchwerniß der Leibeigenen angezogen. Man hat dieſelbe in den Alemanniſchen Rechten Colonas genannt. Der Verfolg giebt aber zu vermuthen / daß offt die Städt und Obrigkeiten / durch leibeigene anſehnliche Leute müſſen ſeyn hintergangen worden / als wenn ſie frey wären / weil man in folgenden Zeiten ſolchen Betruge mit dieſen Mittel begegnet / daß ein jeder / ſo zu Bürger und in Städten auffgenommen werden wollen / mit Briefflichen Schein / ſo man Mann-Recht nennet / müſſen darthun / daß er niemands eigener Mann ſey / oder nachfolgenden Herrn habe. Hinc litteræ illæ teſtimoniales vocantur Mann-Recht; Et nihil aliud denotant, quam teſtimonium libertatis, quo quis docet, daß er ehrlich gebohren / und keinem Herrn mit Leibeigenſchafft verwandt / oder keinen nachjagenden Herrn habe.

* *Ruſtici.* Nec tamen ruſtici aut illorum liberi penitus ad Tribum ſunt inhabiles; Vti habet Beyeriſche Landes- und Polizey-Ordnung *Lib. IV. tit. 1. Art. 5.* Rubrica: Von Lernung des Bauer-Volcks Kinder ibi: Wiewohl nicht unbillig / daß eine jede Stadt oder Marckt ihre Bürgers-Kinder zu Lernung der Handwercker vor andern befördern ſoll / ſo iſts doch denen Meiſtern in Städt und Märckten nicht zu verbiethen / daß ſie nicht auch des Bauer-Volcks Kinder / bevorab / wenn dennoch danebens die Bürgers-Kinder zur Lernung kommen könten / mögen annehmen und lernen. Vnde quoque ruſticis atque incolis in pagis ea tantum opificia exercere non eſt permiſſum, quæ civitatibus reſervata ſunt Carpzov. *Part. II. conſt. 6. def. 5.* Quo pertinet Reſcriptum Johannis Georgii II. Electoris Saxoniæ, de dato Dreßden den 23. Dec. 1671. quod adducit Haberkorn. *deciſ. 15.* 141

§. II.

Proximum his eſt Nativitas legitima & honeſta; h. e. ut Parentes & honeſtam exercuerint profeſſionem, & in procreanda ſobole non maculam adverſus leges connubiales eidem inuſſerint. Nam Opificum prædicatum, in quo tantopere gloriantur & admodum placent ſibi, eſt, quod dicuntur Erbare Handwerck / adeoque nimium quantum in hac re ſunt curioſi, ut non ad amuſſim, ſed ad usque ſuperſtitionem omnia exquirant, delectum aliquem inſtituendo: Es müſſen die Handwerck ſo reine ſeyn / als wenn ſie 142

eine Taube geleſen hätte: Præprimis igitur introitum volunt inculpatum eſſe, juxta illud: Principiis obſta: Sunt autem numero haud pauci, quorum ingreſſus vel indubiè prohibitus, vel ſanè difficultatibus involutus.

143 De SPURIIS primo loco quæritur: Utrum in doctrinam ab Opifice recipi, aut, Collegio intercedente, eidem invito per Superiorem obtrudi poſſint? Quod affirmativè decidendum prima fronte videbatur. Per rationem, qua in ſimili adverſus Decuriones utitur Papinianus in *l.6.pr.ff. de Decur.* Fingas enim Dignitatem eſſe, quovis ſub ſchemate, Magiſtri an Pueri, in collegium admitti; Non tamen impedienda eſt dignitas ejus qui nihil admiſit. Paleot. *in tract. de Nothis.c.56.* Raudens. *in Tr. de Analogis Lib.1. cap.30. n.81.* Petr. Heig. *part. 1. qu. 21.n.14.* Harc. Piſt. *p.1.qv.30.n.37.* Petr. de Grev. *Exerc. ad ff. 27.th.26.* Tiraquell. *de Nobil. c.15.n.30.* Unde Ulpiano, Spurios eſſe in ordinem allegi, dubitatio nulla eſt; ſub hac ſolum declaratione, ut, ſi habeat competitorem legitime quæſitum, præferri hunc oporteat, ex reſcripto Divorum Fratrum ad Lollianum Avitum, Bithiniæ Præfectum: Ceſſantibus v. his, etiam ſpurios & re & vita honeſta ad Decurionatum recipiendos; addita eleganti ratione: Quod utique non ſordi erit Ordini; Cum ex utilitate ejus ſit, ſemper Ordinem plenum habere *l.3.§. 2.ff.de Decur.* Ab hoc tanquam Majori, (fuit enim tanquam Senatorius Ordo) quid vetat, ad Collegium mechanicum tanquam minus inferre? Neque enim Spurii infames ſunt, ut pluribus docet rationibus Jac. Toming. *Deciſ.48.n.26.* qui cum Paleoto *cap 55.n.13.ſqq.* & Beſoldo *in delibat. ad Tit. ff. de his qui not. inf. Qv.9.* ne macula quidem eos laborare contendit.

ANNOTATIONES.

144 * *Legitima.* Atque huc ſpectat Diſpoſitio Sereniſſimi Ducis *Saxo-Gothani* Johannis Erneſti in der Landes-Ordnung Part. II. cap. 3. th. 28. *ibi*: Es ſoll ein jeder Lehrjunge, ſo auff ein zünfftiges Handwerck auffgedinget werden will, zuförderſt ſeine ehrliche Geburth gebührend beſcheinigen. Fieri autem debet talis legitimæ nativitatis probatio ſolenniter per teſtes. Vti habet formula litterarum natalitiarum. Als haben Wir ſeine alſobalden producirte und vorgeſtellte Zeugen, vermittelſt eines leiblichen Zeugen-Eides, den ſie dato vor uns zu GOtt dem Allmächtigen und ſeinen ſeligmachenden Worte, mit auffgehobenen Fingern, ausgeſtreckten Armen, entblößten Häuptern, und wohlredner Zungen zugleich abgelegt und geſchworen, vernommen ꝛc. Vnde non ſufficit, ſi legitimam nativitatem docere juſſus, ſchema genealogicum totius familiæ ſuæ pinxerit, & Collegio perſonas parentum atque Anteceſſorum digito quaſi commonſtraverit; Non ſufficiet, ſed

ſed documentum natalitium, publica magiſtratus autoritate roboratum adferre debet, qui per teſtes in hunc finem examinatos atteſtari neceſſum habet. Atque hi teſtes plerumque *jurati* eſſe debent. Quandoque tamen ſub fide homagii bey ihrer Bürgerlichen Pflicht, womit ſie dem Rath verwandt, interrogari ſolent. Conf. B. Beier in *Advoc. Opific. cap. 26. §. 14.*

* *Maculam.* Vnde *Viles* perſonæ à Collegiis Opificum excluduntur. Quinam 145
vero ſint viles, optimè exponit Mevius in *Comment. ad Jus Lubec. Part. IV. tit. XIII. Artic. III. in Addition. n. 39.* ubi ita diſſerit: Quemadmodum in civitatibus Hanſeaticis omnis cætus ea ſolicitudo atque vigilantia eſt, quomodo commerciorum compendia ad ſe ſuosque cives derivent, aliis præcludant, ita civibus in Collegiis is connatus ardor ſibi ſuisque proſpiciendi, alios excludendi, quo commoda, inde divitiæ ſint pauciorum, nec laxius diffuſa lucra modica & difficiliora reddant. Huc pleraque ſtatuta & conſuetudines Collegiorum tendunt & variis prætextibus quaſi approbantur. Ex eo ſtudio exortæ ſunt varia requiſita, quæ in iis deſiderant, qui Collegio jungendi, vel ad Opificium admittendi. Ex quo etiam profectum, ut quorum eſſet aut vera aut afflicta opinione vulgi quædam vilitas, nec ipſe neque illorum liberi admitterentur. Quos mores improbat & tollit Conſtitutio Imperii in Reformatione guter Polizey zu Augſpurg Ao. 1548. tit. Von Handwercks-Söhnen/ Geſellen/ Knechten und Lehr-Knaben/ quæ ita habet: Wäre auch/ als auch an etlichen Orthen der Gebrauch iſt/ daß die Leinweber/ Barbierer/ Müller und dergleichen Handwercker in denen Zünfften/ zu andern/ denn ihrer Eltern Handwercken/ nicht auffgenommen noch gezogen werden/ und aber je unbillig/ daß diejenigen/ ſo eines ehrlichen Herkommens/ Handels und Weſens ausgeſchloſſen werden ſollen/ ſo wollen wir ſolche beſchwerliche Gebräuch und Gewohnheiten hiemit auffgehebt und vernichtiget haben. Ex qua hanc regulam ponimus, unde quæſtiones variæ de receptione hominum in Collegia mercatorum & opificum uno ictu decidi poſſunt. I. Quos non infamia aut vitæ vilitas maculat & odioſos, ipſos à Collegio juſtè non excludi. Nec enim alias juſta excludendi ratio eſt. II. Vilitatem vel infamiam, quæ pro cauſa excluſionis ſumitur, non cenſendam ex opinione vulgi, ſed lege, moribus ac judicio civitatis. III. Depoſita vitæ vilitate & aſſumto honorato vel decoro ordine, veluti deſinente cauſa, non eſſe amplius juſtam excluſionem. Ex quo, qui lictores, apparitores aut ruſticæ conditionis fuerunt, ſi mutant vitæ genus & in ordinem civium recipiuntur, jus petendi Collegia nanciſcantur, uti ſæpius admiſſum. Generatim omnes, quibus ut recipi non poſſint, obſtat conditio vitæ vel ſtatus, hac depoſita, admitti debeant,

bent, ſi non remanet in novo ſtatu, quod ex priſtino obfuit. IV. Liberos eorum qui ex vitio aut vilitate ſua non potuerunt recipi, aut recepti in Collegio per ejus Leges tolerari, non excludendos eſſe à jure & beneficiis Collegiorum ob maculam parentum, ſi non mores aut conditionem patris imitentur: cum iniquum ſit, ob vitia parentum liberos plecti, & infamiam in innocentes derivari, quibus ſatis grave eſt, habuiſſe parentes, quorum memoria ipſis dolorem incutit, præterea onerare ſævum. &c.

§. III.

146 Etenim, hæreo, Utrum ſeu horum JCtorum autoritati, ſeu rationibus aliquid conceſſura ſint Opificum Collegia, aut eorum ſinguli; ut qui utplurimum obſervantia magis quam legibus aut ullis rationum momentis moveri regique volunt. Jam vero Rutg. Ruland. *Tr. de Commiſſ part. 1. lib. IV. cap. 6. lit. F* teſtatur, quod per totam ferè Germaniam ſpurii non admittantur, daß die unehrliche in keine Innungen / Zünffte / Gaffeln oder Gülden genommen werden: h. e. ortos extra matrimonium & corruptis natalibus, quales ſunt ſpurii, vid. Jlic. Umm. *diſp. ad proceſſ. 14. n. 8.* Limn. *Jur. publ. Lib. 4. cap. 8. n. 296.* à collegiis Opificum rectè arceri. Quod longe fortius procedet, ſi expreſſo id cautum habeant ſtatuto: qualia valere, Doctores noſtri concedunt: quinimo ſolent à Superiori eſſe confirmata. add. Matth. Steph. *de Idict. l. 2. part. 2. cap. 8. n. 39.* Schneidew. *ad § 3. J. de I. n. g. &c. n. 15. inf.* Dav. Mev. *Jur. Lub. Lib. 4. T. 13. a. 3. n. 49.* Knipſch. *de civitat. Imp. Lib. 5. c. 2. n. 17.* Carpz. *p. 2. C. VI. d. 12. n. 2.*

ANNOTATIO.

147 * *Germaniam.* De conſuetudine hac Germaniæ univerſali etiam teſtatur Beuſt. *Tr. de Jurejur. add. 3. n. 26.* Et ideo pro approbatis habentur collegiorum ſtatutis, ut nemo recipiatur in numerum tyronum aut collegiatorum, niſi qui legitimè fuerit natus Richter. *Deciſ. 80. n. 19.* Schneidew. ad §. *jus autem Civile Inſt. de J. N. G & Civ. n. 15.* Vnde quoque Hahn. ad Weſenbec. *tit. de his qui not. infam.* ita loquitur: *Qui orti ex corruptis natalibus, qui ſunt in genere illegitimè nati, ſpurii ſcilicet, qui ex ſcortatione alias vulgo quæſiti, ſtupro, adulterio, inceſtu, & naturales ex concubina progeniti,* nulla *quidem infamia laborant, quia nullum eſt in his turpe factum,* relatione ſcilicet ad ipſos habita, licet parentes illorum in reatu & facto turpi fuerint conſtituti, *macula tamen laborant,* quod cauſa eorum, illegitima conjunctio, ſit turpis, jure divino, naturali & civili, unde etiam vocatur eine leichtfertige und unziemliche Beywohnung Reform. Imp. Polit. de Anno 1577. *tit. 16.*

§. IV.

§. IV.

Quod igitur ad *primum* attinet fundamentum, Innocentes eos eſſe, 148
ſeu, ad hanc illegitimam nativitatem nihil contribuiſſe, nullo ſuo facto
concurriſſe? Liberat eos quidem ab infamia, H. Piſt. *Part. 1. Qu. 30* macula tamen laborant, quam Parentes ipſis adſperſerunt, illicita vetitaque cohabitatione: conf. Mynſing. *cent. 4. Obſ. 31.* ut adeo cauſa illorum ſit turpis Jure divino & gentium: Eine leichtfertige und unziemliche Beywohnung. *arg. l. 144 ff. de V. S.* add. Ant. Fab. *Cod. Sabaud. Lib. IX. Tit. 28. def. 20. n. 3. c. 2. XXXV. q. 2. c. 3. XV. q. 8.* Et, non eſt ſine turpitudine vel macula, patrem, aut talem quem juſtæ demonſtrant nuptiæ, non habere, non agnationem, non inſignia. Nam civiliter turpe eſt, eſſe ſpurium. *arg. l 5. C. ad SCt. Orph. l. f. C. de nat. lib. 5. l. 27. C. de inoff. teſt.* Accedit, quod Ariſtot. *3, Pol. 3.* dicit; In quibusdam civitatibus Spurios non nominari inter cives, niſi deficiat genuinus: & *1. Rhetor 5.* negat, Dignitatem generis in ſpurios & indignos derivari. Ad *ſecundam* rationem, de utilita 149
te in collegium ex numero ejus completo redundante. Reſp. (1.) procedere in Collegiis numeratis & ubi functiones per perſonas ſunt diſtributæ; ne unus præ altero prægravetur; prout uſu veniebat in Ordine Decurionum. Sed opificum collegia longè ſecus, & penè ſe habent in contrarium. Nam ſi non ſpem fovent, numerum iri imminutum, ſanè 150
ſtudium omne eſt adverſus incrementum: quinimò hoc non occultè agere ſolent, ut ſodalium numerus reducatur ad pauciores, nec permittatur olim rurſus ad eum multitudinem quæ nunc ſit, reſurgere: tantum abeſt, ut opus ſit, quærere quibus deficiens numerus ſarciatur! atque id hodienum in collegio Laniorum quæritur. Nam. Reſp. (2.) Decurio- 151
nes in ſuo ordine fuerunt cum onere eoque odioſo & exoſo, ſic, ut quavis ratione collegæ iis eſſent quærendi imò compellendi *arg. l f. inf. ff. ad Munic.* præprimis quia tributa oportebat eos exigere. *l. 17. §. 7. d. t.* quod cæteri ægrè faciebant, ne concives, cognatos aut aliter junctos offendere opus haberent: Commodius ſane nemini quam Spurio, novo homini 152
ac nullius cognato committi potuit, qui ex indignatione contemptus ſui, acrius procul dubio exiget, ut eos viciſſim pungeret, & miſeros faceret in pecunia; qui miſerum eum habebant exiſtimatione; iisque ſimul oſtenderet, eſſe etiam penes ipſum, per quod ægrè illis facere poſſet; quorſum ferme facit illud: Religio non majorem ſentit perſecutorem quam apoſtatam. Quoniam igitur & fine ſeu intereſſe & forma differunt 153
hæc collegia, mala invicem fit illatio. Adde, quod iſta quoque compa-

ratio decurionatus ad collegia ſenatoria per Germaniam, oppido claudicet. vid. Joh. Sibrand. *part. 1. jur. publ. Lubec. Sect. 16. n 55.* Mev. *in jur. Lubec. Lib. I. tit. 1. n. 21.*

154 Declaramus tamen, vera eſſe quæ ſuperius diſputata, in ſpuriis ipſis; aſt fallere in horum liberis, quos ex juſto ſuſceperunt matrimonio: per rationem; quod ſpurius ipſe nihil peccaverat, & ſolum luebat iniquitatem parentum, in eo commiſſam, quod illicitè coiverint, qua in parte non & eorum filius peccavit, ſed legibus conformem ſe geſſit. Non igitur eſt, quod illius luant liberi, aut in eos ulterius prorogetur pœna parentum. Et in hoc articulo conſulti JCti Lipſienſes, non tantum ſpurii filium cæteroquin bene meritum, dignitate ſenatoria ornari poſſe, ſed & ejus liberos à collegiis opificum arcendos non eſſe reſponderunt ap. Carpz. *C. 2. Decis. 11.* ibi: So möget ihr dieſem nach zum Rath-Stand und andern Dignitæten / auch eure Kinder zu ehrlichen Handwercken und Zünfften wohl auffgenommen werden.

ANNOTATIONES.

155 * *Parentes.* Imo de jure communi Parentes ob ſtuprum invicem commiſſum non inhabiles fiunt ad Tribum, modo poſtea per legitimam cohabitationem vitium illud purgaverint Richt. *Part. I. Dec. 80. n. 18.* Koeppen. *Obſerv. LII. n. 11.* Neque enim per ſolum ſtuprum infamiam juris contrahunt, ſed tantum contra Ordinationes Eccleſiaſticas agunt & infamia facti per ſupervenientem benedictionem ſacerdotalem, favore matrimonii, tollitur Mev. *Part. III. dec. 39.* Niſi *expreſſum* Collegii Statutum ſit in contrarium, ſiquidem tale pro irrationabili plane non eſt habendum. Vti declarat Hornius in *Conſultation. Claſſ. II. reſponſ. 19.* verba ſunt: Auff erhobene Klage, darwieder vorgeſchützte Exceptiones und erfolgte Wechſel-Schrifften in Sachen, Clauſens Rohrmundens, Klägers an einen, des Ambts der Schiffbauer, beklagten andern Theils, erkennen Bürger-Meiſter und Rath der Stadt Hamburg, nach gehabten Rath der Rechts-Gelehrten vor Recht: würden Beklagten die Anlagen ſub C. & D. mit denen Originalien beſtärcken, ſo ſind dieſelben, wider ihren Willen, Klägern zum Meiſter anzunehmen, nicht verbunden, und ſind die von beyden Theilen auffgewendete Unkoſten, aus bewegenden Urſachen, gegen einander zu compenſiren und auffzuheben, inmaſſen Wir ſolche hiemit gegen einander compenſiren und auffheben. V. R. W. Rationes decidendi: Obwohl ſonſten nicht unbekandt, quod ſubſequens matrimonium malum omne antecedens tollat und die Rechts-Lehrer davor halten,

ten, daß diejenigen Perſonen, ſo ſich vor der Prieſterlichen Copulation, mit denen Perſonen, ſo ſich hernach geehlichet, fleiſchlichen vermiſchet, von ehrlichen Gülden und Zünfften nicht auszuſchlieſſen, einige auch die Statuta, ſo ein anders ordnen, vor irrationabel halten; Aldieweilen aber aus der Anlage ſub A. wie dergleichen Perſonen bey dem Ambt der Schiffbauer zum Meiſter-Recht nicht gelaſſen werden ſollen, deutlich zu erſehen, und der contextus, die interpretation, ſo Kläger machen will, nicht leydet; hiernechſt E. E. Rath, beſage der Anlage ſub B. die Aembter bey ihren Ambts-Büchern und Rollen zu laſſen und zu ſchützen, ſich erkläret; ferner und ungeachtet ſonſten dergleichen contra jus commune lauffende ſtatuta opificum ohne des Magiſtratus confirmation vor kräfftig nicht zu achten, dennoch aus der Anlage ſub C. daß, was ein Rathmann in ſeinen Ambte geordnet, in ſeinen vollkommenen Eſſe allewege bleiben ſolle, erhellet; dahero der Vorwand, als ob der Articul, weil er nur von zween Raths-Verwandten, und nicht den gantzen Rath confirmiret, unbündlich, gäntzlich dahin fället, über dieſes, beſage der Anlage ſub D. das ſtatutum zur Obſervanz kommen, und pro irrationabili eben nicht zu achten, inmaſſen denn ſelbiges das Abſehen dahin, daß diejenigen, ſo ſich dieſer Innung zu gebrauchen gedencken, aller unordentlichen Beywohnung enthalten ſollen, richtet, und deßwegen niemand, wenn er gleich eines oder des andern Collegii aus gewiſſen Urſachen, ob ſtatuta ejusdem nicht fähig, vor anrichtig zu halten; Letzlichen die beygelegten Raths-Decreta die Einnehmung keines weges pure denen beklagten injungiren; So haben Wir vermeynet, es ſey auff das ſtatutum, zuförderſt aber auff Production der Originalien ſub C. D. weil Beklagte ſolches bey der letzten Schrifft uns in Copia producirt, und man alſo ob die Originalia vorhanden, oder Kläger etwas dawider einzuwenden habe, nicht wiſſen können, zu erkennen; die Unkoſten aber der Eingangs angeführten Urſachen halber, zu compenſiren, inmaſſen das Urtheil auch alſo eingerichtet worden.

* *Liberi.* Cum enim vitium parentum ſit perſonale quid, & ita ultra autores delicti non poſſit extendi arg. *l. 22. Cod. de pœn.* ideo recte liberis ex matrimonio legitimè contracto natis parentum macula perſonalis nocere nequit. Vbi enim inter parentes legitimum cenſetur contractum matrimonium, ibi quoque tanquam effectus ſuam cauſam, ſequi debet legitima proles. Atque in hanc ſententiam reſponderunt Scabini Wittebergenſes apud Berger. in *Reſponſis Part. I. reſponſ. 257.* verb. Was ferner eure dritte Frage betrifft; Ob wohl vermöge bekannter Keyſerlicher Rechte, die Kinder ihren Stande nach ex conditione matris zu judiciren, alſo ferner es das Anſehen gewinnet, daß 156

in Fall D. S. wegen begangenen ſtupri vor anrüchtig zu halten, dadurch denen nachgehends von Ihr gezeugten Kindern, ebenfalls eine macula zugezogen werde, dennoch aber und dieweil nach Anleitung desjenigen, ſo allbereit mit mehrermeldter S. keines weges eine infamia mit Beſtand beygeleget werden mag. Hiernechſt die aus denen Keyſerlichen Rechten angezogene doctrina, Innhalts derer textuum, allein de ſtatu naturali libertatis & ſervitutis verfaſſet; hingegen in angeregten Rechten deutlich verſehen, quoties agitur de ſtatu familiæ, quo pertinet dignitas, toties liberos patrem ſequi *l. 19. ff. de Stat. homin.* Geſtalt denn auch beyder Eltern gleichförmige Stand, ſo viel die Kinder betrifft, nicht ordentlich, ſondern nur in gewiſſen Fällen ex conſuetudine vel ſtatuto erfordert wird; Ingleichen ſtatuta Collegii pœnalia auff die Kinder keines weges zu erſtrecken, neque enim nocere debet proli, parentum illorum, de quibus excludendis agitur, vitium & delictum, necque æquum eſt, ut filius patris matrisve culpam luat, neque impedienda eſt dignitas ejus, qui nihil admiſit *l. 6. in fin. pr. ff. de decurion.* So mögen die Kinder, ſo von Euch, und mehr-gedachter D. S. aus der Ehe gezeuget worden, ins Handwerck zu kommen, nicht gehindert werden. V. R. W.

§. V.

157 Proxima huic quæſtio (2.) eſt de natis ex concubina, quos dicimus NATURALES, An in doctrinam ſuſcipiendi? quos, quamvis jure Romano uno gradu honeſtiores ſpuriis fuerint, tamen nec legitimos fuiſſe conſtac, ac hodie nullo meliori jure quam ſpurii cenſentur: Nam concubitus
158 omnis extra matrimonium eſt prohibitus *Ord. Polit. Francof. 1587. Tit. 26.* Von leichtfertiger Beywohnung. Quare etiam hodie Naturales ac Spurii æquiparantur, ſic ut quæ jure Rom. diſpoſita de prioribus, applicentur & ad poſteriores. Quinimô, etiam civiliter turpe eſt, eſſe Naturalem, *arg. l. 13. ff. ad l. Jul. de adult.* Hahn. Weſ. *de his qui not. inf. N. 2. verb. aliam.* Unde Naturalibus literas legitimorum natalium jure denegari, adque aditum ad collegia præcludi, tradit idem; ac Reſponſo Facultatis ſuæ verſus Goslari-
159 am 1609. M. Majo reddito confirmat *in not. Weſenb. Tit. de his qui ſui vel al. jur. n. 3. verb. Deinde in poteſtate. in fin.* cujus verba ſunt: Daß in gedachtem Articuls Brieffe/ das Wort: Geburths-Brieff/ der allgemeinen Gewohnheit nach/ von einem ſolchen Brieffe zu verſtehen/ dadurch die ehrliche Geburt bekundſchafftet und dargethan werde/ demnach auch derſelbe/ ſo nicht ehrlich/ ſondern von einer Concubin gebohren/ zu eurem Handwerck des Orths für einen Meiſter nicht zu verſtatten ſey.

ANNOTATIO.

* *Denegari.* Quod adeo extendit Lyncke in *Diſſertat. de Litteris Natalit. Cap.* 160
III. §. *22.* ut talibus liberis ex concubinatu natis ne quidem tunc literæ natalitiæ legitimorum natalium exhiberi poſſint, ſi per Reſcriptum Principis legitimati fuerint. Quamquam enim Princeps ſit omnis ingenuitatis, legitimationis & dignitatis fons atque cauſa, ut poteſtatem natalibus reſtituendi ſine dubio habeat, adeoque taliter legitimatis vitium natalium amplius in ſocietate civili objici non poſſit, adeoque eidem poſt legitimationem impetratam receptio in Collegium denegari non debeat. Hæc tamen omnia *civilia* tantum ſunt, atque idcirco poteſtate ac diſpenſatione Principis regulari poſſunt; Verum ad litteras natalitias per ſe trahenda non ſunt, ubi de *veritate* natalium natura tali agitur, quatenus iſti ſine vitio ac turpitudine naturali contigerunt, quod diſpenſatione Principis mutari non poteſt, cum fictio quidem legis, non vero diſpenſatio Principis contra veritatem facti ſit intelligenda. Et ita hoc caſu diſtinguendum erit inter ipſos vitioſos natales, ubi veritas naturæ inſpicitur; & inter eorum effectum civilem, circa quem legitimatio Principis per Reſcriptum operatur.

§. VI.

Sed quid (3.) judicandum de EXPOSITITIIS, den Fündlingen? Poſ- 161
ſent enim vel à juſtis parentibus nati, fortè ob extremam famis neceſſitatem eſſe expoſiti; adeoque humanius videbitur ut recipiantur: Nam præſtat, honeſtam artem diſcere, & ad ſtatum quoque honeſtum, ſi vel maximè ponamus, illegitimos eſſe, mediante collegio reduci, quam dubium eorum ſtatum, excluſione hac certum & illegitimum reddere, ſicque civitatem inhoneſtis hominibus implere: Es ſey ja beſſer / zehen bey Ehren erhalten
und zu Ehren bringen / als einen eintzigen in Unehren ſtecken laſſen. Et quo- 162
modo ſine nota crudelitatis pius Magiſtratus hoſce à tribubus excludit? inquit Dn. Vietor *in epit. Deciſ. dicaſt. Waldeck. concl. 15.* Sane, afflicto non eſt
ulterior addenda afflictio. conf. & Speck-Hahn. *cent. III. qv. 14.* Verum, 163
quæſtio jam non eſt, de officio & pietate Magiſtratus erga miſeros hoſce in ſe, ſed potius de jure aliorum quæſito, & quid per illud his præſtare valeat: Nam, ut ad aliquid addiſcendum mage deducantur, quam otioſi relinquantur ac Reip. olim oneri ſint, & ut natalibus reſtituantur, omnia benè ſe ha-
bent: Utrum tamen præcisè fieri debeat eo modo, ut collegia eos invitis 164
ſtatutis recipiant, non affirmaverim. Statuta requirunt documentum honeſtæ nativitatis, ſed hoc quis dederit expoſititiis? Ipſa expoſitio, ſuſpicionem natalium improbatorum involvit: præſumtio illa, potuiſſe à juſtis pa-

rentibus ob egeſtatem expoſitos eſſe, partim non implet locum requiſitæ probationis: conf. Joach. Cluten. *diatrib. Juſtin. V. qv. 27.* partim ex millibus unum, & vix unum inveniet caſum: Quoniam expoſitione tali opus
165 non habent, quos non alia quam egeſtas ad hoc impellit cauſa; hanc magiſtratui revelare, & alimenta petere ita non pudebit, atque illos, qui foetum ex furtivo, credo & damnato, ſuſceperunt complexu. Et cur tanto periculo, quod expoſitoribus infantum imminet, ſe expoſituri eſſent parentes legitimi, qui ſciunt, prolem hanc ſuam non honeſtiori, quam coeteros ex damnato complexu natos atque etiam expoſitos, conditione habitum iri?
166 Coeterum, ad quem pertineat onus alendi expoſitos: An integram communitatem? quod exiſtimat Ant. Theſſaur. *deciſ. 118.* ſecundum cujus ſententiam decrevit Curia Friſica apud Joh. Sand. *Lib. 2. Friſ. deciſ. 4. Tit. 9.* An cui ſuperior competit Idictio? quatenus Scabini Electorales Sax. pronunciare ſolent: teſte Carpz. *pr. Cr. p. 1. q. 11. n. 28* atque penes nos quoque ſervatum, ut modo Præfectura Ducalis, modo Senatus oppidanus onus illud receperit, prout in hujus vel illius territorio repertus Partus fuit.

ANNOTATIO.

167 * *Expoſiti.* Quamvis enim alias receptum ſit, in dubio, honeſtos cujusvis natales exiſtimandos eſſe Palæott. *Tr. de Spur. cap. 20.* Legis tamen hæc præſumtio eſt, non probatio, eamque ob cauſam in Statutis, quæ probationem requirunt, locum non habet. Poſito itaque, quod de jure infans expoſitus præſumatur legitimus, non tamen ſatisfieri videtur ſtatuto, requirenti probationem legitimæ nativitatis ab eo, qui in ordinem ſe recipi poſtulat. Imo præſumtio potius eſt, ejusmodi infantes, quod plerumque liberi ex illegitimo coitu procreati exponantur, ut ita à frequentiori potius præſumendum ſit conf. Fritſch. *de Colleg. Opific. Cap. V. n. 6.*

§. VII.

168 Quæritur (4.) de BIGAMORUM liberis, An eos recipere teneantur? Nim. ſi Spurii, ſi Naturales, cur non & adulterini repelluntur? Quales enim bigami ſunt, ſi non adulteri? Et, ſi conjugatorum furtivus amor tam eſt exoſus, quid ſentias de ea temeritate, qua manifeſte contrahunt?
169 Enimverò, de his ſalva res eſt, Non admitti: Nam, ex communi hoc crimine, in quod uterque conſenſit, macula liberis omninò eſt inuſta. Quod ſi tamen alteruter hujus rei, ſeu, matrimonii alterius eſt ignarus, absque reatu criminis bigamiæ quoque eſt, & obtinet illud Papiniani ſup. ex *l. 6. pr. ff. de*

ff. de decur. allegatum, Conſequenter quoque ad collegiatum opificium fi- 170
lius ita procreatus erit admittendus. *arg. l. 57. §. 1. ff. de Rit. nupt. c. 2. & 14. ex. qui fil. ſint leg.* ubi Hoſtiens. *n. 3.* Schneidew. *J. de Nupt. n. 16.* Dn. Struv. *S. F. cap. IX. aph 3. n. 14.* & in hanc ſententiam iverunt Dnn. JCti Helmſt. 1604. Menſ. Mart. reſpondendo: Ob wohl H. B. nicht gebůhret hat/bey Leben ſeiner zuvor genommenen Ehe-Frau ſie zu verlaſſen / und eine andere anderswo zu nehmen / nachdem gleichwohl dieſelbe andere Frau / ſeiner noch währenden Ehe unwiſſend / Ihn öffentlich als zur Ehe ihr durch den Prieſter zuſprechen laſſen / daß dennoch der von ihm und ihr gebohrner Sohn / nach beſage der Rechte / pro legitime nato zu halten; Hahn. Weſ. *de his qui not. inf. n. 2. circa f.*

ANNOTATIO.

* *Si non adulteri.* Eſt quidem certè inter adulterium & bigamiæ crimen dif- 171
ferentia. Differunt enim (1.) in *forma generali*, bigamus enim in ſenſu lato etiam is dicitur, qui bina tantum ſponſalia celebrat, & inde quoque notam infamia incurrit *l. 1. §. fin. l. 13. ff. de his qui not. infam.* At vero adulterium actualem corporis commixtionem præſupponit Theodor. *Colleg. Crimin. Cap. VI. Aphor. 6.* (2.) in *forma ſpeciali*, adulterium enim facit ſolus concubitus doloſus cum alieno conjuge; At vero ad bigamiam, in ſpecie ſic dictam, benedictio ſacerdotalis requiritur. (3.) *Fine*, bigamia enim pro fine habet conſummationem quandam matrimonii, adeoque graviorem fidei datæ conjugalis violationem & majorem animi pervicaciam involuit; At vero in adulterio pro fine eſt expletio tantum turpis libidinis, & ſimplex concubitus ſine animo deſerendi priorem conjugem, aut penitus rumpendi vincula prioris matrimonii Carpzov. *Prax. Crim. Quæſt. 66.* Cæterum in hac materia circa irrogandam maculam & excluſionem ab Opificiis bene invicem conveniunt, ac in foro Civili ſæpius æquiparantur. Unde etiam in Conſtitutione Carolina tale delictum pro adulterio habetur, juxta *Artic. 121.* ibi: Daß die nicht weniger denn die Ehebrüchigen peinlich geſtrafft werden ſollen / Claſen. in *Comment. ad d. Artic.*

§. VIII.

Videndum porro de his qui ad legitimum ſtatum ſunt deducti: ac 172
Qu. (5.) de LEGITIMATIS PER PRINCIPIS RESCRIPTUM, & quod tantundem valet: DIPLOMA COMITIS PALATINI: utrum admittendi? Equidem ſi ſtatutis collegii nihil de hac re ſit diſpoſitum, quod videlicet non niſi legitimè nati ſint admittendi; tunc dubium habet nullum, quin locus

173 locus iis ſit relinquendus: Æquiparantur enim legitimè natis per omnia, jura familiæ, agnationis, ſuitatis, armorum, ſucceſſionis, & civitatis. Carpz. *p. 2. C. VI. d. 16.* Quoniam Princeps eſt omnis dignitatis, ingenuitatis & legitimi ſtatûs fons & cauſa potentiſſima, ut penes eum ſtet poteſtas natalibus reſtituendi certiſſima: neque ullam dubitandi anſam ſuppeditavit, per dictam legitimæ nativitatis clauſulam; ut credere poſſis, voluiſſe
174 eum hactenus ſibi derogare. add. Mod. Piſt. *Conſ. 45.* Quod ſi extet ſtatutum: Non niſi legitimè natis acceſſum patere debere: Tunc, quamdiu veſtigiis Juris inſiſtitur, idem quod proximô dictum caſu, eſt ſtatuendum: quia & hujusmodi legitimati, ilicò Principalibus codicillis præſtitis, pro legitimè natis habendi: & ſolo temporis puncto diſtant â cœteris ex legiti-
175 mo matrimonio procreatis; Ita, ut quod hi ſtatim ab initio habent, & ſecum afferunt, id illi ex poſtfacto nanciſcantur; Tantum operatur Fictio in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero, quamprimum defectus ſemel ſup-
176 pletus eſt. Et quamvis in multis caſibus diverſo jure utuntur; v. g. in ſucceſſione feudali, *II. f. 26. §. naturales.* Dn. Struv. *S. F. IX. a. 3. n. 8.* item in Supervenientia liberorum, ad effectum donationis revocandæ ex capite *l. 8. C. de revoc. don.* Nec non in Excluſione fœminarum à ſucceſſione feudi per *l. 4. C. de lib. præterit.* Conr. Rittershuſ. *in expoſit. Nov. part. 7. cap. 6. n. 9.*
177 Attamen ea omnia ſpeciali ratione nituntur; & pertinent ad concurſum cum aliis, & præreptionem juris quæſiti. In præſens verò abſolutè certant de ſtatu ſuo ſalvando, & habilitando ſe ad jus vacuum. Et in hanc ſententiam reſpondit Facultas Jurid. illuſtris Acad. Juliæ 1648. verſus Magdeburgum, h. m. Aus dem Legitimation Brieffe ſo viel zu befinden/ daß die N. mit ihrem Ehemann bey der Kürßner-Gülde zu laſſen B. Dn. Hahn. Weſ. *de his qui ſunt ſui vel al. jur. verb. Per Diploma Principis.*

ANNOTATIO.

178 * *Comitis Palatini.* Nec tantum legitimati per Imperatorem aut Comitem Palatinum habiles fiunt ad conſequenda jura Tribus; Verum etiam legitimati tantum per *Reſcriptum Principis territorialis.* Cum enim juxta commune Ddrum axioma, quilibet Princeps tantum poſſit in ſuo territorio, quantum Imperator in imperio, dubium non eſt, quin ubi per Imperatoris Reſcriptum macula nativitatis abſtergitur; ita quoque eadem tollatur Principis territorialis diplomate, quo integros natales reſtituit. Prout exemplum exhibet Schepliz ad *Conſuetud. March. Part. IV. tit. XV.* in cauſa der Gewandt-Schneider, ubi Reſcriptum Electoris Brandenburgici Joachimi in hanc rem adducit

rem adducit in ſequentibus formalibus: Joachim von GOttes Gnaden/ Marggraff zu Brandenburg und Churfürſt/ꝛc. Liebe Getreue; Als wir etwa vor zweyen Jahren Unſern auch lieben Getreuen M. J. ſeiner Eltern unehelichen Geburth halben begnadet/ und in die Würde der Ehelichen geſetzet/ und mit ihm derhalben diſpenſiret/ auch deß darüber Brieff und Siegel mit unſern eigenen Händen unterſchrieben/ geben laſſen/ und in ſelben Brieff vorleubet; Daß er Gülde und Gewercke nehmen/ beſetzen und handthieren mag/ er auch jetzo bedacht iſt/ die Gülde eurer der Gewand-Schneider zu gewinnen; hat er uns demnach um mehrerer und eilender Förderung willen dazu um Vorſchrifft an Euch anlangen laſſen; Weil er denn eine zeitlang Unſer Diener und eines auffrichtigen Wandels geweſen iſt. Sind wir auch deſto mehr ihm derhalben und andere/ ſo alſo ohn ihr Verſchulden in ſolche Unwürde gefallen/ und ſich ehrlich verhalten/ und zu ehren gedencken/ zu fördern geneigt. Zweiffeln auch nicht/ daß ihr ohne diß unſer Suchen und Begehren ihm auff ſein Suchen und Begehren förderlich geweſen ſeyn würdet. Und damit er auch würcklich derſelben empfinden/ und nicht auffgezogen werden möge/ ſo begehren wir gnädiglich/ hiemit befehlende/ ihr der Rath wollet bey denen Gewand-Schneidern verſchaffen/ daß ſie auff ſein Anſuchen/ als ihren Gebrauch nach/ Herkommen iſt/ ſollen in ihre Gülde nehmen/ und derer theilhafftig machen/ wie wir auch Euch/ denen Gewand-Schneidern/ ſolches zu thun hiemit befehlen/ und eines ſolchen Gehorſams zu euch verſehen wollen/ꝛc.

§. IX.

Sexta Quæſtio eſt de Legitimatis per SUBSEQUENS MATRIMONIUM: an admittendi? Exaudimus autem quæſtionem de natis antè quam Parentes nuptias celebraverint ac pro impetranda benedictione ſacerdotali ad templum deducti fuerint. 179 Ubi ratio contra ipſos militans videtur eſſe, quod ſpectandum ſit tempus nativitatis: At verò id incidit in tempus antenuptiale: Jam vero, ſolis his qui intra tempus ac ſtatum iſtum nati ſunt, introitus in collegia patet. 180 Quod longè fortius aſſerendum videtur, quando fortè ſtatutum in hunc ipſum caſum exſertis verbis conceptum eſſet. Accedit, quod absque documento legitimæ nativitatis nemo ſuſcipiatur: 181 Quis autem, aut quale daturus ſit his teſtimonium, quod ſint in legitimo thalamo concepti, Quum ne tunc quidem ubi naſcebantur, thalamus adfuerit?

ANNOTATIO.

182 * *Contra ipſos militans.* Imo licet Articuli Opificum ſint in contrarium, tamen his non obſtantibus, taliter legitimati recipi debent. Cum talia Statuta tanquam æquitati & favori matrimonii adverſa, nullius momenti habeantur. Uti deciſum refert Carpzov. in *Juriſprud. Conſiſtor. Lib. II. def. 236.* in ſequentibus formalibus: Habt ihr euch bey dem Schuſter-Handwerck des Orts angeben/ und gebeten; daß ihr in ihre Innung genommen werden möchtet; wie ihr dann auch dasjenige/ ſo hierzu nöthig/ zu leiſten/ erbötig/ es will euch aber von dem Handwerck ſolches verweigert werden/ mit Vorwenden/ daß beſage ihrer Innungs-Articul alleine diejenigen/ ſo aus einen rechten ehrlichen Ehe-Bette gebohren/ bey ihnen gedultet würden. Ob nun wohl eure Mutter euch von Abraham G. auſſer der Ehe gezeuget; dieweil ſie ihn aber nachmals geehliget/ und er alſobald darauff mit ihr Hochzeit halten müſſen/ wodurch ihr per ſubſequens matrimonium legitimiret/ und in den Stand bracht worden/ daß ihr als aus einen rechten ehrlichen Ehe-Bette gebohren/ zu halten; So iſt demnach bemeldtes Handwerck euch in ihre Innung auffzunehmen ſchuldig. In Verweigerung werden ſie dazu billig angehalten/ V. R. W.

§. X.

183 Contrarium tamen verius, & in ſe quoque benignius eſt. Quoniam omnis eorum legitimus ſtatus à nuptiis ſuorum Parentum dependet; quæ, ſi modo adfuerint, parum refert, præceſſerint, an ſubſequantur: Sunt enim inſtar Conditionis, ſub cujus implemento legitimus ſtatus eſt propoſitus.
184 Conditio autem, quandocunq; extiterit, diffundit ſe inſtar qualitatis per totum negocium, illudque tingit, ut color liquorem. Quibus poſitis, Noſtri hi, planè non differunt à legitimis. §. *f. J. de Nupt. N. 74. præfat. & cap. 1. Nov. 89. c. 1. & 8. c. Tanta. 6. ex. qui fil. ſint. legit.* Nam ſubſequens Parentum matrimonium purgat omnem adſperſam liberis per coitum illicitum maculam.
185 Fuit E. præmium hoc matrimonio, quandocunque celebrato, à Jure propoſitum, ut effectum habeat communicandi liberis honeſtum ſtatum: Id quod efficit Jus, fingendo, olim tempore concubitus fuiſſe factum, quod hodie demum fuit ſecutum, atque adeo rurſus conjungendo, quæ homo
186 ſeparaverat, punctum videl. coitus & matrimonii. Quinimò, niſi ita fiat, iniquitas foret, puniri liberos innocentes ob factum parentum, etiam nunc correctum, vid. *Nov. XII. præfat.* Fraudarentur parentes beneficio ſtatui ſuo tributo, quod prenſare voluerunt, ſtatum hunc ineundo: Legibus ſuus

vigor

vigor detraheretur; atque in univerſum efficeretur hoc, ut nisi hoc medio ſcopum aſſequantur, Parentes iſtud haud ita prompte adprehendant. Leges nim. peculiarem hunc favorem matrimonio tributum voluerunt, uti 187 homines ad ineundum quavis ratione allicerent, cur ergo collegia eundem eidem inviderent? non igitur connivendum ſtatutis, ipſam nativitatem poſt nuptiales ſolennitates præciſè urgentibus. Ita tractatum in Scabinatu Elect. Lipſ. 1622. apud Carpz *p. 2. C. VI. d. 12.* Cui addantur præter ibi alleg. Andr. Knich. *de privil. Sax. rubr. crim. læſ. maj.* Donell. *L. 2. c. 21. ibique Hillig. lit. F.* Mev. *jur. Lubec. L. IV. T. 13. a. 3. n. 40.* Knipſchild. *Lib. V. c. 2. n. 28.* Hahn. Weſemb. *de his qui ſui vel al. jur. verb. Per ſubſeq. matrim.* arg. *l. 2. C. de Dignit. L. XII.* Ampliatur, ut ſtatuta de Filiis legitimis diſponentia, quantumvis ſtrictè ſint intelligenda *l. 3. §. 6. ff. de Neg. geſt.* nihilo tamen 188 minus comprehendant legitimatos ex ſubſequenti matrimonio. arg. *l. 3. §. 6. in f. ff. de Neg. geſt.* ut docet Bl. *in l. 3. C. de Fideic.* vid. Carpz. *p. 2. C. VI. d. 15. n. 7.* plures allegans.

ANNOTATIO.

* *Statuta.* Sed hic quæritur, ſi quis ab alio imprægnatam ſibi matrimonio 189 junxerit, an filius à tali imprægnata procreatus, à Collegio excludendus ſit? Negant interpretes arg. *l. 6. ff. de Decur.* Mev. ad *Jus Lubec. Lib. IV. tit. 13. art. 3. n. 39.* Adeo ut quamvis Collegia ſingulari ſtatuto gaudeant, quod ſcilicet nemo ex tribualibus uxorem infamem ducere debeat, Carpzov. *deciſ. 14. n. 5.* ipſe tamen, qui ab alio imprægnatam duxit, non habeatur contra tale ſtatutum peccaſſe. Neque enim ſimpliciter deflorata pro meretrice aut infami haberi debet, & potius ſtatutum tale de famoſa meretrice & natis ex illa eſt intelligendum. Add. Berlich. *Part. II. deciſ. 299.* Niſi tamen *expreſſis* verbis ſtatutum aliud diſponat, juxta tradita n. 155.

§. XI.

Neque officiunt ſup. in contrarium poſita; & quid. (1.) quod nati 190 fuerint maturius quam Parentes manu Sacerdotis ad ſtatum conjugalem fuerint initiati. Nam, ſi quis poſt illud tempus edatur, ne dicendus quidem per matrim. legitimatus, ſed legitime ſtatim natus, neque enim ad eum legitimandum copula ſacerdotalis neceſſaria fuit, ut quæ nativitatem ejus præceſſit. Quando naſcebatur, eo tempore Parentes erant Vir & uxor: Quamdiu fuerint, non intereſt, de hoc leges non edicunt; quæ 191 ad ſtatum ipſum, non ejus durationem reſpexerunt, ſatis habentes, cives intra hæc ſepta congregaſſe; ſunt illi poſt unum diem æquè vir & uxor,

 atque

atque poſt novem menſes. Equidem, adverſus legem eccleſiaſticam peccarunt, maturius coeundo, atque propterea manet quoque illos ſua pœ-
192 na: Verum, expiato ita reatu, cœteris conjugibus ſunt æquales, eorumque, fruuntur jure, & retrotrahitur tempus nativitatis liberorum ad tempus cohabitationis Parentum, Fictione juris translativa, ut adeo retro ac ſemper fuiſſe legitimi credantur. Gail. *2. O. 40. n. 1.* Mynſ. *3. O. 26. n. 9.* Ad
193 (2.) Reſp. Non valere ejusmodi ſtatutum adverſus favorem matrimonii, etiamſi caſum hunc expreſſe comprehenderet ac legitimatos excluderet. Rutg Ruland. *de Commiſſ. part. 1. Lib. IV. cap. 6. lit. 2.* Matth. Steph. *de Idict. L. 2. p. 2. c. 8. n. 40. ſqq.* quippe ſtatuta contra legem publicam lata nullius ſunt momenti & abrogata; ſunt enim ſupra opificum objectum & Idictionem, & debent illi ſolum de cauſis ad ſuam artem pertinentibus ſtatuere.
194 Hinc, quando collegium Sutorum in S. candidatum Magiſterii ex tali prætextu recipere nollet, ſupremum Electoris Sax. Conſiſtorium *21. Septembr. 1618.* reſpondit, omnino admittendum: & in ſimili cauſa *8. Aug. 1636.* Senatui Pirnenſi adverſus collegium Pannariorum reſcripſit, apud Carpz. *Iprud. Conſiſt. L. 2. d. 236.* quidni ergo retro, tanquam pueri ſeu tyrones recipiendi fuiſſent: atque imo receptos fuiſſe conſtat, qui de magiſterio certa-
195 bant. E. Ad (3.) Reſp. utique poſſe atteſtatum honeſtæ nativitatis in conſueta forma hiſce impertiri, daß ſie von ehrlichen frommen Eltern / und aus einem ehrlichen unbefleckten ungetadelten Ehe-Bett herkommen und gebohren ſeyn. Carpz. *p. 2. C. VI. d 15. inf.* Dn. Bechman. *Exerc. exoteric. ad ff. III. n. 165.* Per rationem, quod thorum nec à ſe nec ab alio maculatum habuerint Parentes. Poſterius per ſe patet, ac præſupponitur, id nunc in quæ-
196 ſtione non eſſe. At v. nec prius; quia Fictio Juris retrotractiva efficit, ut non maculaverint aut inquinaverint, ſed legitime initiaverint iſtum. Salvato itaque matrimonio Parentum, in tuto quoque eſt ſtatus liberorum,
197 ut & illi pro legitimis habeantur, neque enim effectus poteſt deterior eſſe ſua cauſa per *l. 11. ff. de Nat. lib. Nov. 12. cap fin. Nov. 74. præfat. & cap. 1. N. 90. cap. 8.* Hahn. Weſ. *d. l. verb. per ſubſeq. matrim.* Dn. Struv. *S. F. c. IX. a. 3. n. 12.* atque ita in Camera Spirenſi judicatum eſſe, tradit Gail. *2. O. 141. n. 2.* juxta quam doctrinam etiam non ita pridem cum collegio Sartorum hujus loci agebatur, ac poſt varias remonſtrationes ad ejusmodi tyronis admiſſionem inducebatur.

ANNOTATIONES.

198 * *Contrarium poſita.* Limitantur tamen dicta de legitimatis per ſubſequens matrimonium vel natis ex anticipato concubitu parentum, quando per *ſpecia-*

lem

lem Collegii Opificiarii *obſervantiam* contrarium fuerit inductum. Uti reſpondit Scabinatus Hallenſis Menſ. Maji anno 1632. ad requiſitionem Johann Wilcken zu Bürgel in ſequentibus verbis: Haben die Becker Alt-Meiſter / einem Lehr-Meiſter inhibition und Verboth gethan / euch das Handwerck auszulernen / mit Vorgeben / daß euer Vater mit eurer Mutter 13. Wochen zu früh euch zur Welt gebracht. Wenn es ſich nun gleich der Becker Vorgeben nach / alſo verhielte; weil aber dennoch ſolch vitium durch erfolgte Verehlichung eurer Eltern / Vermöge der Rechte purgiret worden. So iſt auch das Becker-Handwerck und Ober-Meiſter euch an ſolchen Lehr-Jahren und Handwercke zu hindern / nicht befugt / ſondern ſie werden auff weitere Verweigerung / von der Obrigkeit des Orths zur Billigkeit angewieſen. V. R. W. Nec non ad requiſitionem des Raths zu Bürgel in eadem cauſa Menſe Majo ejusdem anni P. P. Jedoch aber / weil die Becker Alt-Meiſter ein von Ertz-Biſchoff Othone an S. Gertr. Tag Anno 48. Ihrer Innung gegebenes Privilegium, darinnen keiner die Becker-Innung gewinnen ſolle und möge / er ſey denn von einer ehrlichen Geburth, beydes von Vater und Mutter / anziehen und berichten / daß von Zeit ſolches privilegii dieſes durch die obſervanz alſo erkläret / daß keiner ſo unehrlicher Geburth oder ſonſt verwerflich geweſen / auch keinen ehrlichen Geburths-Brief vorzuzeigen wüſte / zur Innung verſtattet worden; ſo ſeynd dahero / und wenn ſolche obſervanz beſtändig eingeführet / die Gewercken der Becker-Innung dieſes J. W. Sohn auffzunehmen nicht ſchuldig / V. R. W.

* *Atteſtatum.* Impugnare quidem hoc aliquod Collegium Opificum inten- 198
tabat; Verum contrarium reſcripſit ſupremum Conſiſtorium Electorale Saxonicum ad Civitatis Pirnenſis Senatum die 8. Aug. Anno 1636. Verbis: Was an höchſt-gedachten Unſern gnädigſten Herrn / der Verwalter zu E. wegen Chriſtian B. ſtreitigen Geburths-Brieffs gelangen laſſen / das habt ihr hierbey zu befinden. Wenn dann gedachter B. per ſubſequens matrimonium legitimiret worden / welches das Tuchmacher-Handwerck zu hintertreiben nicht befugt: Als iſt an ſtatt ſeiner Churfürſtlichen Durchlauchtigkeit unſer Begehren; Ihr wollet ihnen aufferlegen / bemeldten B. zum Handwerck auff und anzunehmen. In beharrlicher Verweigerung ſie durch Zwangs-Mittel compelliren und anhalten.

§. XII.

His non incongruè ſurrogatur Qu. (7.) de natis ex præcoci concubitu 199
ſpon-

ſponſorum, brevi poſt nuptias ſpacio, quos Frühlinghen dicunt: Utrum ſint admittendi? Sed, horum cauſam jam modo diximus *n. 190. ſq.* quod non legitimati, ſed legitime nati ſint. Nam in quæſtionibus juris, ubi de ſtatu liberorum dubitatur, Non conceptionis, ſed partus ſeu nativitatis
200 tempus inſpicitur. Niſi aliquando favor ipſorum expoſcat, ut conceptionis tempus ſpectetur *l. 11. ff. de Nat. lib. ſub fin. Nov. 89. cap. 8. inf.* Facit idem favor, ut extendamus hoc ad eos, qui extra ſtatum ſponſaliorum, & non affectione maritali ſe invicem cognoverunt, ſed poſtea tamen conjuges, ſua an magiſtratus voluntate facti, prolem ediderunt; prout ita ſentit
201 Carpz. *p. 2. C. VI. d. 13. n 5.* Quo poſito, longe magis admittendi erunt Nati ſeptimo vel octavo à Nuptiis menſe, ſic, ut nec ipſis nec parentibus ipſorum controverſia inde moveri debeat, prout JCti Helmſtadienſes d. 29. Jan. 1609. Oſterodam, adverſus collegium Sutorum reſponderunt. apud Hahn. Weſemb. *de ſtat. hom. n. 3. verb. poſtquam nati ſunt p. m. 69. b. pr.*

202 Porro extendimus hoc ad eos qui ut ſponſi coiverunt, ſed matrimonium tamen quavis ratione, vel ob fugam, vel ob mortem alterutrius intervenientem, conſummatum haud fuit, ac nihilominus ex tali complexu proles naſcitur, ut tamen hæc ad doctrinam & collegium, perinde ut ad pa-
203 rentum ſucceſſionem, ſit admittenda. Ratio (1.) eſt, quia ſolennitas deductionis ad templum & benedictio ſacerdotalis, neceſſarium quidem requiſitum eſt ex lege eccleſiaſtica, & adhibenda utique à priori, ſi haberi poteſt: ſed non tamen ita de eſſentia matrimonii eſt, ut hoc à poſteriori ſeu retro fiat nullum, ſi quavis de cauſa non fuerint obſervata: Dum probe-
204 tur modo promiſſio matrimonii. Quia Conſenſus, etiam quando ſolus eſt, cur non ergo, ſi copula ipſum comitetur carnalis, facit nuptias. *l. 30. de R. J. l. 4. de ſponſalib. c. 26. ex. eod. junct. c. 12. qui fil. ſint leg. c. 3. XXX. q. 5.* Dn. Struv.
205 *S. F. c. IX. a. 3. n. 12.* (2.) quia ſponſa pro uxore habetur *l. 74. ff. de Jur. dot. l. 4. ff. de Fund. dot.* unde & cum ſponſa alterius adulterium committitur. *l. 13. §. 2. ff. & l. 7. C. ad L. Jul. de adult.* atque adeo matrimonium per ſpon-
206 ſalia jam eſt inchoatum. conf. Schnobel. *diſp. ff. XIV. th. 1. inf.* (3.) quia per noviſſimam *Elect. Sax. Deciſ. 49.* ejusmodi liberis datur etiam ſucceſſio in bona ſuorum parentum Dn. Struv. *S. F. c. IX. a. 13. n. 13.* Atqui plus hoc eſt, poſſe ſuccedere: quia facultas ſuccedendi præſupponit legitimum ſtatum; illegitimi haud ſuccedunt: nihil amplius autem collegia quam ſtatum legitimum exigere poſſunt. Cui ergo datur quod plus eſt, haud negandum, quod eſt minus.

207 Sed, quid ſi ſponſalia illa fuerint clandeſtina: An æque liberi erunt legitimi

gitimi & ad collegium admittendi? Non videbatur: Ne ex delicto ſuo quis lucrum conſequatur; &, quia delictum delicto additum, auget potius quam minuit reatum. Remota etiam cauſa ſtatus honeſti, quæ erat conſenſus Parentum, qui ſponſalia facit publica, ceſſabit effectus. Verum, Non officere liberis vitium clandeſtinitatis, Hahnius Weſ. *de his qui ſui vel.* 208
al. jur. verb. deinde in poteſtate: cum Hartm. Piſt. *pract. obſ. 83.* ſtatuit: ſicubi ſcil. non alia ſubfuit ratio prohibitionis, matrimonium impediens. Militat pro liberis favor honeſti ſtatus; forſan ſi vixiſſent parentes, matrimonium conſummaſſent, neq; enim ſponſaliorum vitium eos impediviſſet, qui & citra ſponſalia copulari potuiſſent. Poſſet autem dubiis objectis ita ſatis- 209
fieri, quod ille qui deliquit, Mortuus, jam nullum lucrum captare poſſit; lucrum ſi quod eſt, ſtatus videl. honeſtus, Natus exoptat, at v. ille non deliquit. Si ſuperſtites eſſent parentes, delictum hoc utique expiarent, ac debita quoque requiſita adhibituri eſſent. Quid in Electoratu Sax. obtineat, ex *alleg. Deciſ. 49.* pateſcit.

ANNOTATIO.

* *Sentit.* Atque ita Domini Lipſienſes in cauſa H. Z. zu Kindelbrück Menſe 210
Mart. 1630. reſponderunt: Habt ihr euch nach ausgeſtandenen Lehr-Jahren mit M. H. in ein Ehgelöbniß eingelaſſen/ und bey der Weißbecker-Innung euch des Handwercks zu gebrauchen/gemuthet/und den gewöhnlichen Muth-Groſchen in die Lade erlegt. Ob ſichs nun wohl darauff begeben/ daß Ausgangs eines Vierthel Jahres nach der prieſterlichen Copulation euer Weib nieder kommen/und eines Kindes geneſen/ ꝛc. So möget ihr doch dannenhero an Treibung eures Handwercks nicht gehindert werden/ ſondern es iſt dem ldtes Handwerck/ weil durch erfolgte Copulation vorige Unthat purgiret/ euch in eure Zunfft auffzunehmen ſchuldig. V. R. W.

CAP. VI.
de
Nativitate honeſta.

Conſpectus.

Non matrimonii ſolum caſtitate, verum & reliqua vita innocentia parentes prodeſſe oportet liberis. n. 211. & ſeqq.

Magi-

Magiſter debet tirones ad vitam honeſtam etiam inſtituere. n. 216.
Excoriatorum liberi an ſint admittendi ad tirocinium, diſquiritur. n. 217. & ſeqq.
An Venatorum foreſtalium liberi habiles ſint. n. 221.
Tiro caſu interficiens canem non fit maculatus. n. 222.
Carnificum liberi excluduntur. n. 223. 224. 225. 226.
Qui ludit cum carnifice non ſit inhabilis ad Tribum. n. 227.
An is, qui torturam ſuſtinuit, declaratur. n. 228.
Diſſenſus apparens inter Carpzovium & Richterum conciliatur. n. 229. & ſeqq.
Depoſito ſordido vitæ genere an tollatur macula & quid juris circa Lictorem. n. 238.
Lictores inhabiles ſunt ad Tribum. n. 239.
Quid juris in filiis Lictorum, in utramque partem diſputatur. n. 240. & ſeqq.
Lictores ſpeciem Collegii prætendunt. n. 257.
Quando Lictores munere carnificis, fungantur. n. 258.
Filiam Lictoris ducens an ſit inhabilis ad Tribum. n. 259. 260. 261.
Adjicitur reſponſum Facultatis Wittebergenſis. n. 262.
Viduam lictoris ducens non ſit incapax Tribus. n. 263.
An Commentarienſium liberi per diploma Comitis Palatini legitimari poſſint ad Tribum. n. 264.
Dictio ſalutis der Gruß *inter opifices quid ſignificet. n. 267. 268.*
Comitum Palatinorum poteſtas in legitimando ad Tribum. 269. & ſeqq.
Conſtitutio Bavarica circa Legitimatos per Comitem Palatinum. n. 273.
Liberi Caſtratoris Suum an recipiendi ſint, diſquiritur. n. 274. & ſeqq.
Caſtratores Suum non recipiuntur in Tribum, niſi conſuetudo aliter ferat. n. 281.
Filia Caſtratoris ſuum non eſt habenda pro maculata. n. 282.
Privilegium Imperatorium Liberis Caſtratoris ſuum conceſſum n. 283.
Opiliones an Collegiorum ſint capaces. n. 284. & ſeqq.
Liberi & famuli Opilionum poſſunt recipi. n. 288. & ſeqq.
Opiliones commune in nonnullis rebus exercitium habere videntur cum excoriatoribus. n. 293.
Confirmatio Receſſus Imperii de Opilionum liberis in territoriis Statuum. n. 294.
Sententia Ddrum Saxonum ad theſin adducitur. n. 295.
De Molitorum liberis diſquiritur. n. 296. & ſeqq.
De Linteonum liberis. n. 302. 303.
Privilegium Ferdinandi III. Imperatoris exhibetur. n. 304.
Balneatorum privilegia à Wenceslao Imperatore conceſſa. n. 305. & ſeqq.
Chirurgorum, tubicinum &c. liberi olim excluſi. n. 310.

Cauſa

Cauſa illius prohibitionis indagatur. n. 311. & ſeqq.
Textus Juris Saxonici explicatur. n. 325. & ſeqq.
Hiſtriones an ſint excludendi. n. 326. 327. 328.
Liberi parentum, qui ob crimina publica damnati ſunt, an admittendi. n. 329. & ſeqq.
Quid juris in liberis eorum, qui bonis ceſſerunt. n. 333.
Cauſæ denegandæ Suſceptionis ad cognitionem Magiſtratus pertinent. n. 334.
Etiamſi pater ultimo ſupplicio adſectus ſit, tamen hoc liberis non nocet in jure Tribus. n. 335.
Patre licet è Collegio ejecto, liberi tamen gaudent privilegiis der Meiſters-Söhne. *n. 336.*

§. I.

NOn autem legitima ſolum requiritur nativitas, verum etiam Honeſta, 211
ſeu, ut Parentes tam in matrimonio contrahendo caſtè ſe geſſerint, quam in reliqua converſatione vitam inculpatam & incontaminatam duxerint. Quod ſi enim aut turpitudine facti decoxerint famam, aut ſordidum vitæ genus eligendo, mentem abjectam prodiderint, nihil mirum, ſi & ipſi excludantur, & liberi eorum, receptionem quærentes, controverſiam ſtatus patiantur. Ubi tamen in genere & per averſionem quæritur: Ecquid 212
juſtum ſit, Liberos ob factum parentum repellere, & unum ad luitionem peccati alterius vocare? & reſpondet Mev. *Part. 5. Deciſ. n. 8.* Poſſe Magiſtratus civitatum ex probabili ratione ſtatuta condere, aut opificibus privilegia indulgere, per quæ aliqui ex parentum vitiis ab Collegiis arceantur: Non, ut puniant innocentes, ſed ut deterreant illos ex liberorum infortu- 213
nio à delictis. (Quæ ratio alias quoque redditur ad *l. 5. C. ad L. Jul. Maj.*) Quæ tamen ſtatuta ſtricti juris, atque ultra verborum tenorem non ſunt extendenda, neque ſic exercenda, ut vergant in pœnam inſontium. *Inquias:* 214
Adeone verò opifices per indirectum hoc agunt, ut omnes ad ſe deducant, & ad hoc prius qualificent; Id verò contrariatur eorum voto, pauciores eſſe magiſtros, qui opificium exerceant. Atqui, ſi omnes opifices erunt, ecquis ſordida illa munia, quibus carere non poſſumus, in civitate expediet? ordo tandem ipſosmet tanget opifices! *Enimverò*, & opifices, & qui 215
privilegia ipſis concedit Magiſtratus, hoc agunt quidem, ut quantum poſſibile, plures ad honeſtatem revocent, nunquam tamen ceſſabunt aut deerunt, quorum abjectus animus ad ſordidiora declinet, cœteri verò non præcisè opifices evadent, neque tam pauci ſtatus in Rep. ſunt honeſti, ut à ſordidioribus revocati, aliud nihil, quam opifices fiant: nam Mercenarii, ſi honorati non ſunt, honeſti utique ſunt.

ANNOTATIO.

216 * *Honeſta.* Ex nativitate honeſta fluit etiam *Vita honeſta*, quam juxta leges tum honeſti tum decori, tyrones, præeunte ſuo Magiſtro, obſervare debent, prout principio Articulorum Opificialium plerumque inculcari ſolet. Confirmirte Becker-Innung zu Franckenhauſen, de dato den 30. Maji 1695 *Artic. 1.* Zum erſten und vor allen Dingen, ſollen die Meiſter, ſo dieſe Innung mit halten wollen, ſamt derſelben Weib und Kindern, auch Geſellen und Lehrjungen/ einen Chriſtlichen ehrbaren Wandel führen, GOttes Wort und die Predigten hören, und auſſer ſonderbahren unvermeidlichen Noth dieſelben nicht verſäumen, noch den Sabbath mit Backen, Mahlen, und dergleichen Arbeit entheiligen. Concordat Gothaiſche Landes-Ordnung *Part. 1. Cap. 1. Tit. VII.* ibi: Wir wollen auch hiemit nochmals, daß in jeden Hauſe, darinnen Kinder, Pfleghalter, Geſellen, Lehrjungen und Geſinde ſich befinden, denenſelben von Eltern, Vormündern, Herren, Lehr-Meiſtern, und insgemein Hauß-Vätern und Hauß-Müttern mit eignen guten Exempel, eines Chriſtlichen Lebens und Wandels vorgegangen, und alles Aergerniß in Worten und Wercken treulichſt vermieden, ꝛc.

§. II.

217 Inter eos, qui ſordidum vitæ genus exercent, præcipuum locum tenent (1.) EXCORIATORES, ut qui ad cloacarum publicarum purgationem etiam vi officii adſtringuntur, ad privatas autem evehendas mercenariam locare conſueverunt operam. Unde quæritur de horum filiis, ſi contingat, eos duci amore honeſti opificii addiſcendi, Annon admittendi ſint?
218 Pro affirmativa facit, quod Excoriator non ſit infamis, ſed ſolum turpis perſona. Schneidew. *ad §. non autem liberis. 1 n. 17. J. de Inoff. teſt.* in quam ſententiam cum Georg. Beato, in *caſibus var. p. 24. ſqq.* tranſire videtur B. Dn. Hahn. *Weſ. ff. de his qui not. infam. n. 2. circa f.* quinimo Dnn. JCtos Jenenſes Caſpari Kneuſen, civi Erfurtenſi Menſ. Jul. 1626. reſpondiſſe tradit Dn. Richter, Excoriatoris filios ad opificia admittendos: *Deciſ. 80. n. 25.*
219 *verb.* Wenn gleich euer Schwäher ſeel. ehe euer Sohn Georg zur Welt gebohren/ ein tod Pferd abgezogen hätte/ oder ander Geſtalt dem Schinder in ſeine Verrichtung gefallen wäre/ ſo könte doch ſolches gemeldten euren Sohn/ ſo von Vater und Mutter ehrlicher Geburth/ nicht verdächtig machen/ daß er deßwegen von dem Fleiſchhauers/ oder andern ehrlichen zünfftigen Handwercken auszuſchlieſſen wäre/ ſondern deſſen ungeachtet/ſeynd die Fleiſchhauer ſol-
220 chen Jungen auffzunehmen und einzuſchreiben ſchuldig. V. R. W. Nec videtur

detur ea ſententia ratione deſtitui; Fac enim, Parentem ipſum animo ita eſſe abjecto, ut à ſordida hac profeſſione non abhorruerit; An verò, ſi cujus filio meliori de luto finxit præcordia Titan, ut ad honeſtiora velit adſpirare, via propterea præcludenda, quod ſordido patre natus ſit? ſanè, ſicuti neminem jubemus eſſe impium, qui patre natus impio, ſed ob ejus converſionem gaudemus, & cum gratulatione excipimus: Ita & in præſens agendum.

ANNOTATIONES.

* *Locum tenent.* Non tamen rectè huc referri poſſunt *Venatorum Foreſtalium* 221
liberi, quod vitæ genus pro honeſto omnino, & in aulis Principum publicè probata haberi debet, nec proinde illorum liberi honeſtis Tribuum Collegiis arceri poſſunt. Vti eſt Conſtitutio Bavarica *Lib. IV. tit. 1. Artic. 2.* ibi: **So viel aber die Förſter oder Meßner betrifft, weil es ein öffentlicher Muthwill und Unfug wäre, ihre Kinder vor untauglich zu halten, wollen wir ſolche Ungebühr gäntzlich abgeſtellet haben, alſo, daß ihre eheliche Kinder ohne allen Eintrag, Wiederrede und Hinderung zu denen Handwercken ſollen gelaſſen werden.**

* *Sordida.* Turpitudinem quoque contrahere dicitur, qui tali excoriatori 222
ſponte in exercitio profeſſionis ſuæ decoriando, interficiendo, aut extrahendo cadavere operatur. Unde qui ex neceſſitate vel caſu incidit in ejuſmodi operas, maximè ſi ignarus ſit conditionis viri, omnino erit excuſatus atque idcirco canem aſſilientem, vel carnes rapere volentem, caſu vel neceſſitate defenſionis interficiens, non poteſt vocari **ein Hunde-Schläger**, nec propterea fieri maculatus cenſetur. Vti habet Textus Landrecht. *Lib. II. Art. 62.* ibi: **Schläget ein Mann einen Hund zu Tode, indem, als er ihm Schaden thun will, er bleibt es ohne Schaden, ob er das ſchweren thut auff den heiligen, daß er eine Nothwehr thäte, und ihn anders nicht ſteuren könte.** Atque ita judicatum refert Pfeil. *Cent. II. Conſ. 143.* ibi: **Hat ein Fleiſcher-Jung zu A. in ſeines Herrn Banck Fleiſch zu verkauffen ſitzend, einen Hund an Schaden befunden, und demſelben zu wehren, in eilender Hitze ſeine Schlacht-Meſſer genommen, nach dem Hunde geworffen, und ihn alſo getroffen, daß er hinweg, doch nicht gar weit gelauffen, denn umgefallen und geſtorben, durfft er denn endlich ertheuren, daß er ſolches nicht aus Fürwitz oder Muthwillen den Hund zu tödten, ſondern zu Verhütung oder Abwendung ſeines Herrn Schaden, ſeine Nothwehr gethan, und ihn nicht anders ſteuren können, ſo hätte er nicht allein ſich nicht ſcheltbar, und damit des Handwercks unwürdig gemacht, ſondern blieb des gantz ohne Schaden.**

§. III.

223 Unde ex paritate rationis, inferendum videbatur ad Filios quoque
(2.) CARNIFICUM. Nam licet illi apud Romanos infames fuerint, teſte
Cicerone, Plauto, Juvenali & aliis: aliter tamen inter Chriſtianos ſenti-
endum putat Jodoc. Damhouder. *prax. rer. crim. cap. 153. n. 11.* cui add. Joh.
224 Goedd. *ad l. 103. n. 3. ff. de V. S.* Sed, quidquid ſit de Jure, Opinione certè
hominum, Carnifices hodie macula quadam laborare exiſtimantur, in tan-
tum, ut, cum iſtis ultra debitum converſari, probroſum honeſto viro re-
putetur: quia ut de iis conqueritur Damhouderus *d. l. n. 6.* nimium ſævi-
unt in Reos ſibi commiſſos, eosque raptant, tractant perdunt ac mactant,
& in tam crudeli ac tyrannica exſecutione gloriantur, non ſecus ac ſi pro-
priæ bili potius inſervirent & affectibus, quam rationi, Juſtitiæque manda-
225 trici. Et quoniam converſationem hanc evitare non poſſet, qui filium ejus
recepiſſet informandum, meritò quilibet hoc declinat, aut ſi lucri cauſa fa-
xit, collegium intercedit. Unde Dnn. JCti Jenenſes, teſte B. Richtero
dict. Deciſ. 80. n. 19. in f. Joachimo Jericho, carnifici Regislacenſi Menſ.
Octobr. 1661. reſponderunt, quod Collegium Linificum Johannem
Traut, qui filiam carnificis uxorem ducere cupiebat, in ſuo collegio retine-
226 re haud teneatur. Quod ſi igitur non Filiam, Collegæ ſaltim matrimonio
junctam, utique nec Filium, olim ipſummet collegam futurum recipient:
quoniam per filiam deſitura erat familia carnificis, per filium conſervatur.
Si maritum propter uxorem licet ejicere, liberius erit filium ſua cauſa non
admittere: quia turpius ejicitur quam non admittitur hoſpes; & quod li-
cet ob factum alterius, magis licebit ob proprium; propter quod unum-
quodque eſt tale, id magis tale eſt.

ANNOTATIONES.

227 * *Converſari.* Certè honeſta converſatio cum Carnifice neminem in exiſtima-
tione ſua lædit, ſi forte vel curationis cauſa, vel contractus neceſſitate, uti v. g.
coriarii, cum illo converſatur. Sed quid dicendum de eo, qui in publico quo-
dam diverſorio *ſcienter* cum Carnifice *ludit*? Videtur, dici poſſe, hoc macu-
lam inferre, cum ſine neceſſitate fiat. At vero hoc non officit, cum ludus ha-
ctenus referatur inter res licitas & indifferentes, neque ad miniſterium quod-
dam carnificinæ aut operas excoriatorias pertineat, cujus commune tractatum
exercitium maculam irrogat. Atque hoc teſtatur ſententia Lipſienſium apud
Georg. Beatum. *Centur. Sent. Saxon. Caſ. Var. Tit. XV.* ibi: Seyd ihr nechſt-
vergangenen Sommer zu Breßlau geweſen, mit andern Handwercks-Geſel-
len

len in einem Wein-Hauſe, und habt daſelbſten geſpielet. Wiewohl denn daſelbſt der Nachrichter in daſſelbe Wein-Hauß kommen, ſich bey euch gefüget, und mit auffgeſetzet und geſpielet. Und ob ihr gleich auch als ein Mahler-Geſell dem Spiel obgelegen, und gewonnen, heimgegangen und mehr Geldes geholet, euch wieder geſetzt, und mit genannten Handwercks-Geſellen und den Nach-Richter wie vormals geſpielet; dennoch dieweil ihr vormals nicht offt und mehr denn denſelben Tag, mit gedachten Nachrichter, und nicht allein, ſondern neben andern Handwercks-Geſellen geſpielet, noch ſonſten ſonderliche Geſellſchafft noch gemeinſchafftliche Handlung und Gewerbe gehabt, dadurch ihr bey ehrlichen und redlichen Perſonen, vor ſeinen Geſellen, Gönner und Anhang und auch Zechgenoß möchtet geachtet und angeſehen werden, und alſo diß Thun keine gegründete Sache in den Rechten iſt, darum man euch vertadelt, anrüchtig und ehrloß bereden und machen will; So mögen euch die Meiſter zu Breßlau dieſes Thuns halber, von dem Handwerck nicht verwerffen oder anrüchtig vertadeln. V. R. W.

* *Reos commiſſos.* Proinde hic quæritur de eo, qui torturam ſuſtinuit, an habilis reputetur ad Tribum? Certè ex hoc ſolo, quod manibus Carnificis tractatus fuerit, non ſit infamis arg. *l. 22. ff. de his qui not. infam.* Freher. *Lib. III. de Infam. Cap. V n. 15.* Cum enim talis per torturam indicia contra ſe militantia eliſerit, & ſic innocentiam ſuam purgaverit, non poterit nota quadam infamiæ pœnali maculari Gomez. *Var. Reſolut. Tom. III Cap. 13. n. 28.* Quapropter is non erit repellendus, prout deciſum refert Richter. *dec. 80. n. 30.* Id quod tamen Richteri deciſum ita declaratum per aliud Reſponſum Illuſtris Facultatis Jenenſis, quod talis, qui torturam ſuſtinuit, licet abſolutus, prius deſuper cum Collegio ſuo convenire debeat, muß ſich mit dem Handwerck zuvor billigmäßig abfinden, alias non poſſunt alia Collegia cogi, ut *tyrones* ab eodem inſtitutos recipiant, prout teſtatur Lyncker. *Vol. I. Conſil. Reſponſ. 191.* in ſequentibus formalibus: Als ihr uns einen Bericht ſamt einer Frage zugeſchicket, und darüber Unſere Rechts-Belehrung gebeten habt. Demnach ſprechen wir vor Recht. Iſt Anno 1680. Georg Conrad Rüger, Buchdrucker zu Altenburg, daß er falſche Müntze gemacht, und geehbruchet haben ſolte, mit Weib und Kindern zur gefänglichen Hafft gebracht, und er endlich auff eingeholtes rechtliches Erkänntniß, dem Scharffrichter untergeben, auch torquiret worden. Dieweil er aber ſeine Unſchuld durch die Tortur erwieſen, und gar nichts auff ihn zu bringen geweſen, iſt er darauff nach eingeholtem Urtheil, wieder abſolviret worden, worauff er denn ſeine Kunſt und Nahrung ehrlich zu treiben ſich unterſtanden und bemühet, welches der Hoff-Buch- 228

drucker zu verhindern, und ihn hierinne zu hemmen geſuchet; Indem er heimlich und ohne Rügers Vorwiſſen, einen Geſellen, weil er bey Rügern gearbeitet, abgeſtraffet, und hat es auch hiemit ſo weit gebracht, daß zeithero Rüger weder Geſellen noch Lehrjungen erlangen können; Auch ſein Sohn Hanß Conrad Rüger, der lange bey dem Vater gelernet, und lange vor einen ſo genandten Cornuten geſtanden, von denen Geſellſchafften nicht kan angenommen, und durch ihren alten Depoſitions-Gebrauch und Poſtulat zum Geſellen gemacht werden; dieweil durch Gottfried Richters Beginnen, ſolches aller Orten, da eine ſtarcke Geſellſchafft iſt hintertrieben, und Rügern nur ferner zu kräncken, ſein Sohn hiedurch gleichfalls infam gemacht wird.

RESOLUTIO.

Ob nun wohl nicht ohne, daß (1.) die Tortur an ihr ſelbſt nicht infamiret *l. 14. Cod. de Quæſtion.* ibi: *JCtibus ſubjectus* (ob crimen quæſtione habita,) ſi *ſententia* non proceſſit ignominiæ maculam irrogans, nullam pertimeſcat exiſtimationis infamiam, ſi quidem cauſa infamat, non ictus fuſtium *l. 22. ff. eod.* Freher. *Lib. I. de fam. c. 5. n. 14.* (2) Si vel maximè cauſa deficiat, judicii tamen forma & ſententia ac præconium requiratur; ut tunc demum pro infami quis habeatur, quando fuſtibus publicè, cum inclamatione præconis, cæditur *l. 16. Cod. de Quæſtion.* Quale quid de torto dici non poteſt, qui nulla ſententia condemnatus eſt. (3) Injuſtè quidem tortus in art. 20. & 218. Ord. Crim. eine Schmach ſuſtinuiſſe dicitur, ſed tamen ibi per hanc vocem non *infamia* ſed *injuria* judicis intelligitur, quando conſtat, quod is aliquem ſine legitimis indiciis, & ſine præcedenti cognitione, torturæ ſubjecerit, ut habetur Art. 20. P. H. O. deme, ſo wider Recht, ohne die bewieſene Anzeigung, gemartert wäre, ſeiner Schmach Ergötzung thun, & Art. 218. daß der Gepeinigte ſeine Schmach mit Recht ſuchen möchte. Sicut nec afflicto addenda eſſet afflictio. Und dahero keinen Zweiffel hat, daß derjenige, ſo unbilliger Weiſe torquiret worden, dadurch an ſeinem ehrlichen Nahmen, einen Abbruch weder leyden ſolle noch könne. Inmaſſen auch hierzu (4.) nichts thut, daß eine ſolche Perſon unter des Scharffrichters Hand geweſen: Et vero manu carnificis tractari, moribus noſtris, maculam aliquam inurit, juxta Tabor. *Cap. 5. de Quæſtion. §. 27.* Woſelbſt er zwar den Beſoldum anziehet, in deſſen *Theſ. Pract. voc.* Ruthen-Aushauung habetur in Conſtitutione Würtenbergica, wenn der Nachrichter einmahl an einen Sünder und Delinquenten Hand angelegt. So iſt demſelben kein Mittel mehr übrig, ſich und die Seinigen bey denen Handwercken redlich zu nehren; Sintemahl ſelbiger aller Orthen

then geſcheuet, und auffgetrieben wird, rc. Welche Conſtitution aber von Staupenſchlag und einer Straffe durch des Henckers Hand redet, und derſelben andere Straffen entgegen ſetzet, ſo nicht durch dieſelbe angelegt, und dergeſtalt die Delinquenten nicht zugleich in zeitliche Schande und Verliehrung aller Ehre gerathen: Geſtalt denn Richter per præjudicium *Dec. 80. n. 30.* behauptet, quod qui per torturam ſub manu carnificis fuit, infamis non fiat: Auch die functio Carnificis an ihr ſelbſt nicht infamis, quoniam ad juſtitiæ conſervationem pertinet; wiewohl die Perſon eines Carnificis von allen Maculn und Noten nicht befreyet, Carpz. *Part. I. Dec. 18.* Alſo daß die offene Gemeinſchafft mit denenſelben, Gefahr an guter Achtung, und daher wohl gar die Ausſchlieſſung ex Collegio Opificum nach ſich ziehet; Obgleich ſonſt daſſelbe aus bloſſen Eſſen und Trincken, ſo daſſelbe ein oder ander mahl mit ihnen geſchiehet, nicht erfolgen ſoll, Knipſchild. de *Civitat. Imper. Lib. II. cap. 2. n. 72.* Dieweil aber erſtlich ein groſſer Unterſcheid inter eum, qui jure & qui injuria tortus eſt, weil zum wenigſten jener auff die Tortur, ohne erhebliche Indicia nicht gerathen; Und ob ſchon dieſelbe dergeſtalt von ihme, wenn er durch die Tortur nicht zum Geſtändniß gebracht, aus den Mittel gethan werden, daß er von den reatu criminis, ſo viel die weitere Inquiſition und Straffe anbetrifft, entnommen; Gleichwohl aber von einen ſolchen, daß er auff der Tortur verhalten, geſaget wird. Zumahl nicht ehe jemanden die Tortur zuerkannt zu werden pfleget, als, ſi quando nil deficit ad probationem criminis, quam rei confeſſio. (2.) In dergleichen Dingen, welche des Menſchen-Ehre betreffen, auff die Opinionem hominum ſonderlich zu ſehen, als worinnen die *Exiſtimatio* beruhet, zumahl wenn dieſelbe nicht ohne allen Grund iſt; wie denn Carpzovius ſelbſt d. qu. 137. anführet, daß die Scabini, quoad carnifices, und die enge Converſation anderer mit denenſelben, licet jure non arguerentur, gleichwohl auff die opinionem hominum modernam jedesmahl geſehen. Und ob wohl Tabor in obangezogenen Ort den Beſoldum anführet, dennoch ſeine Meynung dahin gehet, quod moribus noſtris tractari manu carnificis, etiam per torturam, eine maculam dem torto zuziehe; worinnen er auſſer Zweiffel von denjenigen, qui juſtè tortus eſt, zu verſtehen, inmaſſen auch in denen Erkänntniſſen ſehr darauff geſehen wird, daß der Beſchuldigte, damit ſeine Ehre nicht ohne dringende Noth gerühret werde, in der Territion von dem Scharffrichter unangegriffen verbleiben möge. Und in einigen Statutis, bevorab auch militaribus, verordnet, daß dergleichen von Scharffrichter angegriffene Leuthe unter andern nicht gedultet werden ſolten. (3.) Nicht eben unbillig, ſondern bey denen JCtis angenommen iſt, quod apud Richterum habetur

betur *Dec. 18. n. 31.* eum, qui torturam paſſus, & ne quidem plenè abſolutus (multo minus, qui eſt abſolutus ſimpliciter) ſed ob gravia indicia, relegatione vel mulcta plexus eſt, jura civibus aut Collegiis competentia non perdere. Add. Joh. Vietor. *Deciſ. Waldec. n. 10. & ſeqq.* ibi: non eſſe ſolum ob id ejiciendum, daß er ſey denen Scharffrichtern unter denen Händen geweſen, gleichwohl aber hieraus nicht folget, daß ein ſolcher von neuen in ein Handwerck auffgenommen, oder diejenige, ſo bey ihme in der Lehre geſtanden, in einen Handwerck geduldet werden müſten, videlicet in his talibus plurimum conſuetudo valet: præterea præjudicia illa, quæ de pœna torto illata loquuntur, ad culpam pertinent, ut ob hanc relegatus quis ſit, vel mulcta plexus: culpa vero non infamat; quamvis etiam hæc ipſa præjudicia non agant, niſi de relinquenda infruitione jurium Collegii, quibus jam ante quis gaviſus eſt. So mag zwar G. C. Rüger, wegen der an Jhm vollſtreckten ſcharffen Frage, von dem Collegio bloſſer Ding nicht ausgeſchloſſen, noch ihme, in denen Zuſammenkünfften ſich einzufinden, oder ſeiner Drucker-Kunſt ſich zu nehren, ihme verwehret werden. Gleichwohl aber ſind andere Kunſt-Genoſſene, daß ſie die bey ihm auffgedungene Lehr-Jungen loß ſprechen, auch die bey ihm arbeitende Geſellen unter ſich dulden und annehmen, nicht zu nöthigen. Und hat er wegen ſeines Sohns (der zwar ſelbſt an ſeiner exiſtimation keinen Anſtoß hat) weil er bey ihm in der Lehre geſtanden / mit dem Collegio ſich billigen Dingen nach, abzufinden. Jm Fall aber einige Jhn oder die Seinigen vor unehrlich ſchelten würden, iſt er ſolche entweder injuriarum, oder ex L. diffamari zu belangen, wohl befugt. V. R. W.

§. IV.

229 Sed quæ diverſitatis ratio, quod Carnificum quam Excoriatorum liberi magis repellantur? Cum poſteriores hi longè ſint ſordidiores; & ſi Carnifices deſpiciuntur, fit, quia ut plurimum jura & privilegia excoriatoria ſimul impetrarunt; ſua igitur cauſa haud futurum: & propter quod unumquodque eſt tale, illud magis eſt tale. Aut itaque Excoriatorum liberi æquè excludendi, aut Carnificum liberi æquè admittendi! Sanè Carpz. *pr. Cr. Qu. 137. n. 59.* utroſque pari tractat jure: Atque nec Carnifices, nec qui cum iisdem ſæpè familiariter converſantur, in numero ac ſocietate honeſtorum opificum tolerandos eſſe, cum vulgo exiſtimat. Ecquis v. eſt, qui tum ob affinitatem profeſſionis, tum ob dependentiam quandam, cum carnificibus æquè frequenter converſatur, atque Excoriatores? Neque juvabit hos inſtantia; quod utique non præter neceſſitatem hoc, ſed officii

ratio:

ratione faciant; id quod aliis proficiat ad excuſationem. Quia illa excuſatio honeſtis ſaltim eſt propoſita, qui, ſi abſtineant ab illa converſatione, ſalvam retinebunt exiſtimationem: At verò, ſi modò dabilis eſſet caſus, quo excoriator carnificis converſationem evitare poſſet, nihilo tamen futurus honeſtior! Unde Scabini Electorales Lipſ. Henrico à Schönberg M. 232
Majo 1609. in hanc ſententiam reſponderunt, ac, quod palmarium eſt, utroſque conjunxerunt: Haben die Schueknechte / ſo bey den Schuſtern zum Frauenſtein arbeiten / B. D. dahero getadelt / und neben Ihme bey keinem Meiſter arbeiten wollen / daß derſelbe mit dem Nachrichter oder Caviller Gemeinſchafft gehabt / mit demſelben nicht allein geſſen und getruncken / ſondern auch ſeine Tochter zu freyen Vorhabens wäre. Da nun gedachter B. D. von jetzt gedachtem ſeinem Beginnen nicht abſtehen / noch ſich des Nachrichters Gemeinſchafft enthalten würde / ſo wären die andern Schueknechte ihn neben ſich arbeiten zu laſſen nicht ſchuldig. V. R. W. Neque fugit iſte Carpzovii diſſenſus Dn. Richterum, qui ipſemet eum innuit *dict. deciſ. 80. n. 25. in med.* ſed ad ſuum *n. 19. ſup.* provocat, ubi nim. de filia carnificis excludenda egerat: An igitur fluctuare incipit? Nimirum, uti videtur quidem, ita in rei veritate diſſenſus nullus eſt: nam & noſter in *d. n. 19.* honeſtam in opifice requirit profeſſionem & converſationem. Eique immediatè ſubjicit reſponſum Pannariis Neoſtadienſibus ad Orilam. Menſ. April. 1621. datum, de contribuli, ob functionem LICTORIS medio tempore ſuſceptam, ea quantumcunque rurſus depoſita, rurſus non recipiendo, atque aliud de Filia Carnificis, quod *jam modò n. 232.* laudavimus. *mox n. 20.* pergit ad aliud, Carnifici Meinungenſi M. Mart. 1621. redditum, quo Excoriatores maculatos eſſe innuitur: verbis: Die Feldmeiſter aber betreffend / möchte derer mit andren habende converſation demſelben einen Vorwurff und Auffruck geben. V. R. W. non poſſent autem aliis adferre, ſi non ipſi prius maculam haberent; quinimò, non expreſſe ſolum *ib. n. 23. pr.* aliqualem eorum admittit infamiam, dummodò non exprobretur ipſis; ſed in illo ipſo reſponſo Carnificibus contradiſtinguit, quorum converſatio non maculet: & eſt ſanè, qui vult vidiſſe, ſuperioribus annis Halæ Saxonum, cum Carnifice iſtius loci Doctores aliosque honoratiores viros ſæpius ediſſe ac bibiſſe, citra ullam exiſtimationis maculam, Dn. Fritſch. *de Jur. Colleg. part. 2. cap. 4. n. 7. pag. 35.* Ut adeò reſponſum illud Cneuſianum *n. 25.* non de filiis aut filiabus eorum qui profeſſione Excoriatores revera ſunt, ſed de eo, qui forſan ex imprudentia aut alia de cauſa, unum vel alterum actum ad excoriatores alias pertinentem, turbatoriè exercuit, accipiendum veniat: Sicut ma-

nu nos ad hunc intellectum ducimur verbis: Dem Schinder in ſeine Ver-
137 richtung gefallen. Unde nec verus eſt diſſenſus, nec fatetur eundem Rich-
terus; ſed apparens ſaltem, & qui videri alicui poſſet: ex eo nim. quod dixerat, antea Facultatem reſpondiſſe: Excoriatoris filios ad opificia admittendos; quod tamen de vero ac formali excoriatore non intellexerant, ſed κατ' ἄνθρωπον; & quomodo Lanii eum tractabant.

ANNOTATIO.

138 * *Depoſita.* Alias quidem propter ſordidum vitæ genus à majoribus exercitum, ſed poſtea derelictum, poſteri illorum quoad cætera legitimè nati & honeſtè viventes, ab honeſtis Tribuum conſortiis excludi non poſſunt. Joh. Faber. ad *§. ſoror. Inſt. de inoffic. teſtam.* Speckhahn. *Cent. III. Claſſ. 3. quæſt. 3. n. 14.* Bocer. *Claſſ. VI. Diſp. 8. th. 21.* Imo de ipſo Lictore, quod talis ſepoſito officio recipiendus ſit denuo in Collegium Opificum, Reſponſum contrarium Facultatis Jenenſis adfert Lyncker. *Rer. in Dicaſt. Jen. Deciſ. Cent. XII. dec. 1180.* Verbis: Heinrich Müller ein Schuſter, begiebt ſich zum Stadt-Knechts-Dienſt; und maſſet ſich dennoch an beym Ausgang des Handwercks und neuer Confirmation in der Schuſter-Collation und Verſammlung zu kommen: welches ihm das Handwerck nicht geſtatten will; ſondern ſich darüber bey der Obrigkeit beſchwehret, und dieſe Reſolution erhält: daß erwehnter Müller, zeitwährender ſeiner Dienſte, ihrer Seſſion ſich enthalten, auch dargegen kein Quartal Geld geben; Nach Hinlegung aber ſeiner Dienſte, er wieder ſo gut, als zuvor ſeyn, und von ihnen zu ihrer, und ſeiner vorigen Ordnung, wiederum ohne alles Entgeld, angenommen werden ſolte. Da nun er unlängſt ſeines Dienſtes erlaſſen wird, und ſich hinwiederum zu den Handwerck wenden will; vermeynet daſſelbe gleichwohl ihn wieder aufzunehmen, nicht verbunden zu ſeyn. Dieweil aber doch beſagter Müller nunmehro ſeinen Dienſt und Verrichtungen auffgegeben, dahero auch die levis notæ macula, welche ſolche Verrichtungen begleitet, damit gäntzlich auffhöret, und über diß den Rechts-kräfftigen Beſcheid vor ſich hat; So iſt das Handwerck, denſelben wieder einzunehmen ſchuldig, hat auch deßwegen ſich einigen Vorwurffs nicht zu beſorgen. Menſe Jul. 1679.

§. V.

139 Affines ſuperioribus ſunt (3.) LICTORES, propter vicinitatem officii, & traditionis de manu in manum. Et, quoniam incidenter eorum mentio facta *n. 242* tanquam ab opificiis eſſent excludendi, placet ſtudio-
140 ſius paulò hunc articulum tractare. *Tria* autem in hac Quæſtione: Ecquid

eorum

eorum liberi à doctrina opificiorum & communione Collegiorum jure præcludantur? veniunt ponderanda: unum de Filiis, alterum de Filiabus eorundem *v. n. 259.* ac poſtremum, An etiam, ubi diploma honeſtatis à Comite Palatino nacti ſunt, excludendi? *v. n. 264.* Et *primum*, quod Filios 241 attinet, facient contra eos, quæcunque *paulò ſuperius n. 220* in puncto Carnificum, in comparatione ad filias dicta ſunt: Ac (1.) quidem, communis Opificum perſuaſio eſt, quaſi Lictores infamia laborent; quantum autem ea poſſit ac præſtet, experitur, qui cum Opificibus officii ratione converſandum habet, quam pertinaciter eidem inſiſtant, quam unanimiter conſpirent omnes, & quæ incommoda correctionem intentatam comitentur; ut ſatius ſit, eam in ſtatu, quo eſt, relinquere: cum præſertim (2.) negari non poſſit, Officium Lictorum viliſſimum eſſe, ad quod honeſtorum ne- 242 mo, niſi rebus omnibus deſperatis deſcendit, &, quod præcipuum eſt, à quo deinde ad honeſtatem non datur regreſſus: per ea quæ *ſup. n. 232.* dicta 243 ſunt. Etenim (3.) adhibentur illi ad homines facinoroſos perſequendos, præhendendos, in carcerem detrudendos, catenis vinciendos, & ad locum judicii deducendos, è quorum manu ac poteſtate in manus carnificis deinde conveniunt, ut fermè collegæ invicem eſſe videantur. Quin (4.) alicubi miniſtras vel auxiliares eidem præſtant operas in tortura. Quis igitur non famoſos, exſecrandos, collegiisque abominandos dixerit?

Verum enim verò: uti hæc partim falſa ſunt, ita ex parte ad inferen- 244 dum hoc cujus ergò dicuntur, inſufficientia. Quapropter contrarium alii adſeverant, Lictorum filios utique admittendos: Idque ſequentibus rationibus atque fundamentis, (1.) quia verum eſt, Nulla eos ſeu facti ſeu juris 245 infamia laborare: quoniam officium illorum in eo potiſſimum conſiſtit, ut miniſterium præbeant Magiſtratui, ex quo etiam ſervi dicuntur publici, perinde ut in Academiis Bedelli, Middendorp. *Lib. 1. de Academ. cap. 21.* Joh. Limnæus *Lib. IIX. Jur. publ. c. 10. n. 6.* quorum functio nequaquam eſt inhoneſta. Et ſi, quod falſum eſt, verum ponamus, tamen nulla (2.) cauſa fo- 246 ret, quare maculam illam in liberos eorum derivemus, quæ tamen in ſe perſonaliſſima eſt, nec lictoris perſonam egreditur, quia intuitu officii inureretur, quod non eſt hereditarium; cui ergo non ſuccedunt in lucro, & commodo, ſi commodum eſt, quod tantum ſecum trahit incommodum, maculæ hæreditariæ; ei nec ſuccedent quoque in onere. Idque tantò mi- 274 nus (3.) quantò à juſtitiæ ratione remotius eſt, filios luere delicta parentum, aut pœnam alios tenere, quam ſuos autores. *l. 22. C. de Pœn.* jam verò pro Pœna habendum utique, ad actum vel officium aliquod putari inhabi-

lem *l. 5. §. 2. verſ.* vel cum Ordine movetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi. *l. f. de Extraord. cognit.* Hartm. Piſt. *p. 1. qv. 30. n. 28.* Mod. Piſt.
248 *Lib. 1. Conſil. 46. n. 5.* Accedit (4.) quod erubeſcat JCtus ſine lege loqui *Nov. XIIX. cap. 5.* ac præprimis in pœnalibus: quia pœnæ tantum locum habent in caſibus veris, & non extenſivis atque fictis. Gothofr. *ad l. 3. C. de ſec. nupt.* Quoniam igitur de excludendis filiis Lictorum nullibi expreſſe conſtitutum reperitur, neque ullus datur collegiorum Rotulus, ſta-
249 tutum aut alius textus juris, id diſponens: Cur nos velimus prudentiores lege eſſe, & illos excludere? certum autem eſt inter Dd. quod privatio alicujus juris vel officii locum non habet, ſi expreſſe conſtituta non ſit. Andr. Tiraq. *in l. 8. verb. revertatur. n. 249. C de revoc. don.* & quos plures allegat Carpz. *cent. 2. deciſ. 12. n. 16.*
250 Ad contraria facilis eſt reſponſio. Nam ad (1.) Vulgi opinio, uti ſine applauſu eſt virorum honeſtorum, qui tamen facti infamiam demum importat. *l. 42. ibique Joh. Gœdd. ff. de V. S.* ita nullius quoque ponderis; & quæ in contrarium aguntur, via facti incedunt, neque in jure, quod ſolum
251 horum negociorum judex eſt, attenduntur. Fac (2.) officium illorum vile eſſe, famoſum tamen haud eſt: jam vero, non infimus gradus honoris, ſed primus gradus infamiæ maculat & expellit. Oportet unum eſſe ultimum, etiam inter eos qui ſunt legitimæ opinionis; & ſic ſatis quidem abjectus eſt, in relatione ad eos qui ſunt ſupra ſe, honeſtus tamen adhuc eſt,
252 intuitu infamium. Ad (3.) Reſp. per inſtantiam: Etiam Prætores & Scabini pagani, caſu quo non eſt alius lictor, Facinoroſos prehendunt, recludunt; nec tamen ad aſſidendum actibus judiciariis reputantur inidonei, Dörffen die Gerichts-Banck beſitzen: *per l. 12. §. non autem 2. ff. de Judic.* Ad
253 (4.) Reſp. ſi ita res habuerit alicubi, uti allegatur, aliud dicendum foret, nam alius rei ſtatus ac facies aliud meretur judicium, nec pudet ſententiam mutare, ubi controverſiæ ſtatus aliter ſe habere incipit. Hinc & Potentiſſimus Bavariæ Dux atque Elector *Libro IV. conſtit. provinc. Bavar. Tit. 1.*
254 Von Handwercks-Zünfften. *art. 2.* exſertis verbis ita diſtinguit: Als ſich wegen der Ambts-Knechte oder Schergen ehelichen Kindern / ob die zu den Handwercken auffzunehmen / viel Irrung begiebt: So thun wir hierinnen dieſe Erleuterung: Daß man die Kinder derjenigen / welche mit den Malefiz-Perſonen bey der ſtrengen Frage und Vollziehung der peinlichen Urthel nicht zu ſchaffen noch Hand anzulegen haben/ohne Hinderung ſolche zur Lernung der gemeinen Handwercker kommen laſſen. Welche aber mit den Malefiz-Perſonen / wie gehöret / zu thun und Hand anzulegen haben / deren Kinder ſollen ſich

ſich der Handwercker enthalten. Sie wären denn erzeigt und gebohren / ehe
ihr Vater zu ſolchem Dienſt oder Schergen-Ambt kommen / im welchem Fall
ſie nicht ſollen ausgeſchloſſen ſeyn. Ex qua limitatione & hoc notamus, Ne 255
tum quidem promiſcuè liberos eorum excludi; ne ſtatus honeſtus ſemel
quæſitus illis immerentibus auferatur. Sed totum negocium eſt caſus ex-
ceptus à regula, & firmat eam in caſibus non exceptis, ac facit, ut Lictorum
liberi regulariter admittendi ſint: Prout Scabinos Lipſ. Menſ. Octobr. 256
1646. an die Gerichte zu R. reſpondiſſe Carpz. *dicta deciſ. 112. n. 18* refert:
verb. Iſt euer geweſener Gerichts- und Stadt-Knecht / anjetzo aber Marck-
Meiſter daſelbſt / P. V. Vorhabens / ſeinen Sohn / auch P. V. genannt / das
Fleiſcher-Handwerck lernen zu laſſen / Inmaſſen er ihn auch zu Meiſter C. S.
Bürgern und Fleiſchhauern verdinget. Nachdem aber ſolches vor das Hand-
werck kommen / haben die Fleiſchhauer gedachten C. S. es ernſtlich verwieſen /
ſtehen auch in denen Gedancken / weil des Jungen Vater eine zeitlang Ge-
richts- und Stadt-Knecht / deſſen Groß-Vater auch etliche Jahr Ober-
Stadt-Knecht zu Z. geweſen / es möchte daſſelbe dem Handwerck an ihrer In-
nung und bey andern Meiſtern den Fleiſchhauern auffrücklich ſeyn. Ob nun
wohl faſt dafür gehalten wird / als wären dergleichen Perſonen / nichts weni-
ger als die Scharffrichter / anrühig und derohalben Sie und die Ihrigen in
ehrlichen Zünfften und Gemeinſchafften nicht wohl zu leiden; Dieweil aber
dennoch ſolches in Rechten nirgend verſehen / die Gerichts- und Stadt-Knecht
auch / in Verrichtung ihres Ambts mit keinen unziemlichen Dingen umgehen /
auch ſolches auff den Dörffern von Schultheiſſen und Schöppen / ſo vor ehrli-
che Leuthe / wie billich / gehalten werden / ſelbſt verrichtet wird / über dieſes /
dergleichen böſe Gewohnheiten durch die Reichs-Abſchiede abgeſchaffet / und
der Eltern Zuſtand und Condition den Kindern / zumahlen in dieſem Fall / da
ſich der Junge P. V. wohl verhalten / auch als er zur Welt gebohren / ſein Va-
ter noch nicht Stadt-Knecht geweſen / nicht præjudicirlichen ſeyn kan / ſo mag
ietzo genandter P. V. an ſeiner Geburth nicht getadelt oder vor anrüchtig gehal-
ten werden; Sondern er wird zu der Fleiſcher-Zunfft / und das Handwerck zu
lernen billig zugelaſſen. Es iſt auch ſolches der Zunfft nicht nachtheilich noch
auffrücklich. V. R. W.

ANNOTATIONES.

* *Lictores.* Neque obſtat, quod quandoque Lictores ſpeciem ſocietatis Colle- 257
gialis prætendant, quando eorum aliqui poſt exhauſta ſervitii lictorii fatalia
glorientur, tot annos, ſe apud hunc vel illum amplioris Præfecturæ Lictorem
nec ipſi, aut ſanè parum operantur; negocium maximam partem inſtrumento perficitur; ſi quid operarum requiritur, aut per hos ipſos quorum eſt frumentum, aut per agaſonem fieri poteſt: adde quod plerique eorum non in urbibus aut pagis, ſed pro commoditate, ad flumina & ventum habitant: ac de cœtero cœterorum dicteriis à furto, frumenti, an aquæ, incertum, expoſiti. Linteones majorem partem in pagis 319
habitant, ac fœmineum quam virile magis negocium tractant. Cornicines qui ſigna horarum dant de turribus, paulò honeſtiores quàm vulgares illi vigiles, qui noctu excubias agunt, ac præterquam quod cornu inflant, voce quoque proclamant. Tubicines non manu ſed ore ope- 320
rantur, niſi quod tubam manu altera ori admovent; forſan & mendicitate ſua opificibus fuerunt oneroſi: & improbatur ea *R. I. 1500. T. 24.* Sic tranſeundo per ſingulos, erat in unoquoque quod deſiderare vel taxare poterant cœteri jam congregati, & materiam convitiandi invicem

ſuppeditantes. Dum igitur ſinguli eorum coire, ob paucitatem cum homine ejusdem conditionis, non poterant, difficilius erat eos univerſos
321 ſub idem collegium congregare, ob profeſſionum diverſitatem. Quare, cum nusquam invenirent, cum quo ſociari poſſent, cœperunt ſperni, jacta in eos dicteria, excogitatæ cantilenæ, & quicquid libuit petulanti multitudini: deerat Titulus, non dicebantur honeſtati; deerat jus, non erant collegiati; deerat & auxilium; In illa ſeculi barbarie non integrum ſemper fuit Magiſtratui, propter ſeditionum frequentiam, ſtatuere quod
322 vellet aut juſtum erat. Donec tandem hosmet ſuæ ſolitudinis atque contemtus puduit ipſos, eorumque miſertus eſt Magiſtratus, atque expediens hoc, de congregandis & illis in certa collegia, fuit excogitatum, ſic, ut vel ejusdem generis homines pagani è rure vicino adſciſcerentur, ſub nomine **der Land- und Dorffmeiſter** / uti de Linteonum: vel
323 ex integra provincia aut Ducatu colligerentur, ut Balneatorum Collegia: vel, ſi ne ſic quidem unius generis ſufficiens haberi numerus poſſet, ex affinibus, aut diſtinctis planè profeſſionibus unio fiebat, ut modò Collegium eſſet, & aliqualis cum opificibus ſimilitudo; an vel tandem animi coalituri ſint. Unde collegiorum diverſitas orta, ut homogenea ſint vel heterogenea: ad imitationem quorundam opificiorum in civitatibus minus populoſis: quin ipſi ſupra laudati Imperii Receſſus *1548. 1577. 1594.* hanc rem definiverunt atque omnem abuſum ſuſtulerunt. Conf. Mynſing. *L. 4. O. 31.* ibique Arnold. de Reyger. *in addit.* Wehner. *Obſ. pract. verb.* **Gewohnheit.** *n. 8. p. 232.*

ANNOTATIONES.

324 * *Cauſam.* Hanc in compendio exhibet B. Beierus in *Not. ad Schultzii Synopſ. Inſtitut. Imperial. Lib. I. tit. 2. pag. 24.* ibi: Credo itaque, quo tempore diſtinctarum artium opifices, certa de cauſa in ſua corpora congregata fuerunt extitiſſe, qui propter paucitatem Subjectorum, non invenerint Collegas, prout in balneatoribus videre eſt, quorum vix majores civitates, unum atque alterum alunt: alii etiam extra Civitates per pagos habitare ſoliti, ut linteones, vel ab omni hominum converſatione remoti, ut Molitores & Opiliones. Hi deſerti ab initio, mox deſpecti, tandem excluſis comparati atque odio expoſiti fuerunt. Acceſſit, quod Collegiis honor aliquis delatus, **Erſame Handwercker** dicti: Ex quo arrogantiores, ſed inepti, reliquos extra ſodalitates conſtitutos, omni exiſtimatione deſtitutos & infames crediderunt ac **Schelmen** vocarunt. Indignos, quorum vel liberi ad Collegium aliquod licitum admittantur. Quod ſucceſſu temporis invaluit

valuit eo magis, quo magis ignoratum fuit initium & Cauſa Collegiorum, & quo minus decreſcere ſolent abuſus & errores.

* **Spielleuten.** Allegatum textum Juris Saxonici quod attinet, loquitur ille 325
de hiſtrionibus, jaculatoribus, aliisque artem ludicram exercentibus, nec non de tubicinibus & *buccinatoribus*, qui ſe illis aſſociant, quive mendicando vitam transigunt; Atque de his potiſſimum accipiendus eſt Receſſus Imperii zu Augſpurg de Anno 1500. *Tit. 24.* Von Pfeiffern ibi: Item ſoll ein ieglicher Fürſt und Obrigkeit, ihren Pfeiffern und Trompetern, und andern Spielleuthen verbieten, ſie auch daran halten, damit ſie hinführo andere Leute, um Opffer-Geld, Trinck-Geld und andere Gaben unbeſucht laſſen, wie denn das vergangener Zeit, auff den Tag zu Regenſpurg auch vorgenommen, und geordnet geweſen. Minimè tamen hoc de omnibus buccinatoribus eſt intelligendum, quaſi inter viles perſonas referendi ſint, ut eorum liberi ad Tribus nequeant recipi. Verum potius contrarium ſancitum fuit in Ordinatione Imperii Politica de Anno 1548. tit. Von Handwercks-Söhnen, ibi: Setzen, ordnen und wollen demnach, daß die Pfeiffer, Trompeter etc. und deren Eltern / davon ſie gebohren ſind, und ihre Kinder, / ſo ſich ehrlich und wohl gehalten haben, hinfüro in Zünfften, Gaffeln, Aemtern und Gülden keines weges ausgeſchloſſen, ſondern wie andere redliche Handwercker auffgenommen und dazu gezogen werden ſollen.

§. XIV.

Sed de hoc ſatis, atque aliorum eſto judicium. Quod ſi autem 326
ob ſorditiem his fuit introitus præcluſus, inferre licebit ad eos, qui vera, ſive facti ſive juris, laborant infamia, qui quæſtus cauſa prodeunt in ſcenam, ut Mimi, Hiſtriones; deſcendunt in aream, ut Gladiatores; vel in reſtim adſcendunt, ut Saltatores, Gäuckler / Taſchen-Spieler / Seiltäntzer & quos jus Saxonicum Spielleut & Kämpffer appellabat *ſupra*.
Quanquam prudens atque cordatus Magiſtratus omnino aliquod arbi- 327
trium habeat pro re nata ſtatuendi, h. e. vel admittendi vel excludendi. Nam in facto conſiſtit, utrum ſtatus Reip. plures admitti deſideret ad opificia: cauſæ cognitionem requirit, utrum hic vel ille infamiam promeruerit; aut qua ratione innocenti proli ſuccurrendum ſit. Faciunt 328
huc verba *Reform. polit. Francof. 1577. Tit. 38. §. 1.* Was aber auſſerhalb der jetzt-gemeldten andre gemeine Handwercker belanget / in denen wollen wir der Obrigkeit Ordnung und Satzung nach eines jeden Landes Gelegenheit zu machen hiermit befohlen und aufferlegt haben. Quæritur autem de filiis 329

eorum, qui FURTI, Adulterii, Falſi vel ſimilium criminum Rei & damnati fuerunt, Utrum recipiendi ad initiationem per doctrinam? Nam iſte primus eſt ad Collegia ingreſſus, & cui per hanc Januam ſemel introire licuit, is poſtea, ſi novum non intervenerit impedimentum, liberè pergit & per gradus ad magiſterium aſcendit, neutiquam ejicien-
330 dus. Ratio dubitandi eſt, quod Parentes, uti ordinem pro ſe & liberis adquirunt, ſic in ſe ac per ſuam perſonam idem jus quoque pro iisdem amittunt: per vulgatum illud: à quo dependet quis in cauſa habendi, cum eo & ſtat & cadit Jus ſuum; reſoluto jure dantis, reſolvitur & jus accipientis: qui ſentit commodum, non detrectet incommodum.
331 Sed contrarium benignius ſtatuitur. (1.) quia crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt. *l. 26. ff. de Pœn.* & nullum Patris delictum innocenti filio pœnæ eſt *l. 2.* §. *7. ff. de Decur.* (2.) quia ſufficit filio, vel conceptum eſſe eo tempore quo Pater adhuc fuit membrum Collegii, licet natus fuerit poſt amiſſum ſtatum. arg. *l. 7. §. 1. ff. de Senator. l.*
332 *2. §. 1. & 3. ff. de Decur.* Ad rationes in contrarium allatas Reſp. Diverſitatem eſſe inter adquiſitionem & amiſſionem ordinis. Nam ad illam, omnino opus eſt mediatione & interventione Patris; ſemel tamen quæſitum ordinem Lex illis conſervat. Ratio differentiæ eſt, quia Lex eſt cauſa principalis, Pater autem adminiculans, mediante qua Lex ad filium & filius ad legem pervenit: Characterem igitur ſemel à lege ſeu ſtatuto quæſitum retinere poteſt, etiam ſine Patre. Conf. Carpz. *cent. 3.*
333 *q. 98.* Mev. *part. 5. deciſ. 118. per tot.* Sed quid de filiis eorum qui BONIS CESSERUNT habendum? Illud videl. quod de ipſis Parentibus: nam uti aut ſuo dolo culpave, aut iniquitate fortunæ iſthuc inciderunt, atque inde vel aliquam vel nullam infamiam incurrerunt; ita liberis nocere poterunt vel non poterunt. Quinimo, ſi quod æquius eſt ſentias, dixeris idem de his, quod de proximis, Non luere debere facta parentum, utpote non quibus, ſed Collegio jura per parentes quæſita, ferunt accepta.

ANNOTATIONES.

334 * *Arbitrium.* Cum cauſæ prohibitionis & denegandæ receptionis ſæpius in facto ſint poſitæ; Ideo omnino magiſtratus non tantum cognitio; Verum etiam arbitrium requiritur, ne forte opifices cauſas nimium extendant & magis ex opinione ſua atque malo affectu, quam ex veritate cauſas determinent. Unde in Articulis quandoque Opificiariis, hoc *Arbitrium* Magiſtratui

tui expreſſe ſolet eſſe reſervatum. Uti habent Statuta Collegii Linificiarii Dornburgenſis, confirmata à Duce Saxoniæ Johanne Bernhardo de dato Jena den 30. Aug. 1675. *Art. XXI.* ibi: Es ſoll kein Junge in unſerer Zunfft und Innung auff- und angenommen werden, der einer tadelhafften Arth und Herkommens iſt, der Zunfft und Innung verſagt werden könne. Jedoch ſoll ſolches jedesmahl zu der hohen Obrigkeit Erlaubniß geſtellet ſeyn.

* *Damnati.* Etiamſi pater de crimine capitali non tantum condemnatus, ſed 335
etiam ultimo ſupplicio adfectus fuerit. Atque ita deciſum à Scabinis Lipſienſibus an Bürger-Meiſter und Rath zu Lauben, Menſe Januar. 1649. refert Carpzov. *Part. II. dec. 192.* ſequenti modo: Iſt vor drey Jahren ein Soldat in einem Bleich-Hauſe in der Vorſtadt daſelbſt, von zweyen Perſonen heimlichen ermordet, die Thäter auch zur Hafft gebracht, und auff eingeholtes Urtheil und Recht mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet worden, unter welchen ein Meiſter bey der Leinweber-Zunfft Nahmens C. G. geweſen, welcher ſein Ehe-Weib ſchwangern Leibes nach ſich verlaſſen. Als nun dieſelbe der Leibes-Frucht, nach des Mannes Tode geneſen, und hernach mit einen Schneider, Nahmens G. S. ſich anderweit verehliget, wollen nicht allein die Meiſter des Leinweber-Handwercks des juſtificirten C. G. Kind, der Leinweber-Innung nicht genieſſen laſſen, ſondern auch die Meiſter des Schneider-Handwercks von ſelbiger Innung nunmehr C. S. (welcher doch ſonſten das Meiſter- und Innungs-Recht zeithero gehabt) nebens ſeinem ietzigen Ehe-Weibe, eures Verboths ungeachtet, ausſchlieſſen, und zu keinen convent mehr kommen laſſen. Ob nun wohl C. G. als er der begangenen Mord-That halber condemniret, der Leinweber-Innung verluſtig worden; dieweil aber dennoch weder ſein Weib noch das Kind, dieſer Mord-That theilhafftig geweſen, und alſo ſie beyde ihres reſpectivè Ehemannes und Vatern Verbrechen nicht verbüſſen mögen; weniger C. S. durch die Heurath ſich untüchtig gemacht, ꝛc. So ſeyd ihr auch bey des denen Handwerck-Meiſtern des Leinweber-Handwercks, daß ſie C. G. Kind vor Zunfft- und Innungs-mäßig halten, ſo wohl denen Meiſtern der Schneider-Innung, daß ſie C. G. und deſſen jetziges Ehe-Weib und Kinder, ſo ſie mit einander erzeugen mögten, ebener maſſen andern eingezünfften Meiſtern gleich im Handwercke dulden, vor Zunfft- und Zechmäßig halten, zu ihren Conventen erfordern, und der Innung geruhig genieſſen laſſen ſollen, bey nahmhaffter Straffe auffzuerlegen, die Straffe einzubringen, und anderer gebührender Zwangs-Mittel wieder Sie zu gebrauchen, wohl befugt. V. R. W.

336 * *Benignius.* Ita porro nec liberi privilegiis Parentum der Meiſters-Söhne privantur, licet pater ob delictum aliquod vel aliam cauſam Collegio fuerit ejectus, ſiquidem talia privilegia liberis non tam jure patris, quam jure proprio competunt. Atque hoc confirmat Deciſum Scabinatus Lipſienſis ad requiſitionem der Innungs-Verwandten in der Zunfft zu Annaberg, Menſe Mart. 1650. ſequenti modo: Als nun der Vater verſtorben, will deſſen Sohn H. T. ſo bey der Handlung erzogen, ſich in die Innung begeben, auch darneben des beneficii der Krahmer-Söhne, ſo nur 2 ½. Thaler zu geben ſchuldig ſich gebrauchen. Ob nun wohl ſein Vater ſeiner Begünſtigung wegen, der Innung und derer Gerechtigkeit verluſtig worden, da aber dennoch dafür es ſich anſehen läſſet, daß berührtes Innungs-Statutum, in Anſehung der Söhne und in derer faveur auffgerichtet worden, dahero des Vaters Begünſtigung dem Sohne um ſo viel deſto weniger nachtheilig ſeyn kan, ꝛc. So hat H. T. des beneficii, welches ſonſten denen Krahmer-Söhnen zuſtehet, ſich zu gebrauchen wohl Fug. Und mag er demnach andern auſſer der Innung ſich befindlichen Bürgers-Söhnen gleich die Gebühr Innung zu entrichten, nicht gedrungen werden. V. R. W. Conf. Carpzov. *Part. III. dec. 298.*

Cap. VII.
de
Aconventatione. Von Uffdingen.

Conſpectus.

Conſequitur ſtatum ſuum tyro traditione atque receptione. n. 337.
Eſt vel præliminaris, quæ ſolum fit probationis ergo. n. 338.
Vel ſolennis. n. 339.
Objectum tractationis cum magiſtro. n. 340.
Tentamen præcedens ejusque ſpatium. n. 341. 342. 343.
Ad exemplum probationis monachalis inſtitutum videtur. n. 344.
Tiro intra ſpatium tentaminis non eſt ad actus opificiarios interiores admittendus. n. 345.
Nec ultra ſpatium poteſt detineri. n. 346.
Statuta Collegii Piſtorum Franckenhuſanorum. n. 347.
Initiatio tironis ſolennis deſcribitur. n. 348.
Ejus pars (I.) eſt Profeſſio. n. 349.
Hæc fieri debet coram toto Collegio, cujus deciſi rationes & ſtatuta allegantur. n. 350. & ſeqq.

Ceſſant illa ſolennia in receptione ad tentamen. n. 356.
Quando denunciatio facienda. n. 357.
Aliquando Collegio Provinciali in Civitate Circulari illud notificandum. n. 358.
Pars (II.) Præſentatio quæ deſcribitur, tum quoad partes magiſtri, tum tironis. n. 359. 360. 361.
Rationes adduntur. n. 362. & ſeqq.
Quæritur quod juris ſit, ſi extra locum arcæ habitet magiſter. n. 366. & ſeqq.
An pater magiſter teneatur præſentare filium. n. 363. 370.
Quid juris ſit in aliis cognatis. n. 371.
Fatale certum in aconventatione pueri eſt obſervandum, quod juxta Satuta opificum variat. n. 372. & ſeqq.
Ritus aconventationis non debent eſſe ſcandaloſi. n. 378.
Requiſitum (III.) Legitimatio perſonæ per exhibitum inſtrumentum nativitatis. n. 379. & ſeqq.
Deſcribuntur Litteræ Natalitiæ. n. 385.
Forma illarum interna & externa. n. 386.
Quid juris, ſi litteræ natalitiæ ſint deperditæ. n. 387.
Atteſtatum ſacerdotis non ſufficit. n. 388.
Requiſitum IV. ſcil. Inſcriptio pueri. n. 389.
Quale Collegium eſſe debeat, in quod inſcribatur tiro. n. 390. & ſeqq.
Matricula Collegii quid conducat ad inſcriptionem. n. 397.
Formula inſcriptionis. n. 398.
Anticipatio inſcriptionis ante præſentationem. n. 399. & ſeqq.
Poteſt circa litteras natalitias gratiam facere Collegium. n. 406.
Inſcriptio in rotulum opificiarium, quomodo fiat. n. 407.
Pro præſtationibus puerorum Magiſtri cavere debent. n. 421.
Quantitas ſportularum à magiſtratu poteſt determinari. n. 422.
Pro recreatione arcæ item potui quandoque quid ſolvitur. n. 423. 424.
Tiro traditus in diſciplinam an habeatur pro abſente in loco ſui domicilii. n. 425.
Cautio nomine tironis à cognatis propter fugæ & furti metum præſtanda declaratur. n. 426. & ſeqq.
Ejusdemque formula ſubjicitur. n. 434.
Quantitas cautionis variat. n. 435.
Magiſter præſtationes pueri Cameræ ſolvere debet. n. 436.
Magiſter an teneatur puerum fugitivum recipere. n. 437.
Fidejuſſores etiam ratione pœnæ pecuniariæ obligantur. n. 438.

§. I.

§. I.

337 RAtio ac modus conſequendi ſtatum puerilem, ſeu Initiatio, conſiſtit
in Locatione ſubjecti vacui, ſeu, Commiſſione pueri opificio im-
buendi, Magiſtro artis perito, ſub auſpiciis collegii, expedienda à paren-
tibus vel ad quos ejus cura ſpectat. Conf. Tabor. *armament. p. 25. & 359.*
338 Eſtque vel Præliminaris ac minus ſolennis, qua cum Magiſtro ſuper do-
ctrina, tanquam materiali opificii tractatur, & puer, ſed ſolum pericu-
li faciendi gratia ſuſcipitur: nim. ut tam puer conditionem illius opifi-
cii, & convenientiam cum ſua natura, vires item corporis experiatur;
tum verò & Magiſter idoneitatem ſubjecti exploret, & num utilis ſibi fu-
turus ſit tyro: & vocatur quidem Italis Doctoribus Aconventatio; germ.
339 einem Meiſter einen Jungen verdingen. Solennis autem atque principalis
initiatio, fit cum ac coram Collegio, cum quo ſuper futuro legitimo
pueri ſtatu, adhibitis quibusdam ceremoniis, factisque ſumptibus tra-
ctatur. germ. das Uffdingen uffs Handwerck. Niſi enim poſterius hoc fiat;
prius illud haud profecerit, etiam optimè informato, ſed irregularis re-
putabitur ac perpetuus Turbator, & usque quaque impedietur. Wird
ſein lebtag vor einen Pfuſcher gehalten / und nimmer von einem ehrlichen
Meiſter gefördert werden. Objectum tractationis cum Magiſtro, ſunt (1.)
340 Anni doctrinales ſeu diſciplinæ; (2.) Didactrum, non ut præciſe perſol-
vendum, quia & gratis docetur, ſed Utrum? Nam in caſu gratuitæ in-
formationis, augeretur numerus annorum doctrinæ, ac prolongaretur
ſtatio in tyrocinio. (3.) Fides, Induſtria, Obedientia ac denique acci-
dentia quædam, Lectus, Veſtitus, aut ſi quid ſimile: quod prolixius
oſtendemus, quando *de fide inſtrumentorum* agemus, interim pro ſpeculo
atque exemplo inſervient nobis formulæ, quas Nobiliſſimus Dn. Scroti-
341 nus *in appendice artis Secretariatus* habet, *f. 16.* Præcedit igitur, Periclitatio
ſeu TENTAMEN, quo ut dictum ſe mutuo explorant; ac fit hoc etiam
absque præſcitu collegii: quod enim paſſim cavetur, de pueris inſcio
collegio non recipiendis, id de ſolenni illa locatione ſeu initiatione, quæ
vocatur das Uffdingen / eſt exaudiendum; quæ, quia non absque ſumti-
bus expeditur, ne fruſtra ſint & ſupervacui, differtur poſt exploratio-
342 nem. Spatium & fatalia hujus tentaminis equidem variant, ſic ut mo-
do ſint quatuordecim dierum, uti v. g. apud Reſtiones *art. 3.* Figulos,
art. 2. aut unius menſis; pro moribus collegiorum: prius tamen illud
pro regula tenetur, & pleriſque opificiis eſt commune, poſterius autem
Zonarii ſeu Cingularii in ſuo concepto novorum articulorum alternati-
vè &

vè & per modum extenſionis adjecerunt: 14. Tage oder längſtens 4. Wo- 343
chen. Sunt qui ſpacium hoc triplicant, ſed ulterius progredi neque licet,
nec moris eſt. Ita Lanii *art. 20. ſuorum ſtatutorum* diſpoſuerunt, verbb. Doch
mag ein Lehrknecht uffs längſte 6. Wochen das Handwerck verſuchen / und
drüber nicht / bey Buſſe 5. Schill. Ratio, ne detur anſa ſcholarum clancu-
lariarum & colludendi cum irregularibus: atque ita quoque Senatus cen-
ſuit *16. Xbr. 1678.* in cauſa Pileonum contra viduam Prieſerianam.

ANNOTATIONES.

* *Periculi faciendi.* Uti alias circa ordinem & ſtatum monachalem ſuſcipien- 344
dum, *annus probationis* concedi ſolet, ut quis vires ſuas exploret, an regulam
ordinis ſtrictam ſequi poſſet, nec ne, juxta *cap. 16. cap. 23 de Regular. & trans.
ad relig.* Ita quoque ad hujus exemplum in foro opificiario receptum eſſe vide-
tur, ut tirones, antequam initientur & ordini certæ Tribus adſcribantur, prius
tentamen aliquod faciant, quid valeant humeri, quid ferre recuſent, maximè,
cum nonnulla opificiorum genera vel ſingulare corporis robur, vel ſolertem
animi & ingenii induſtriam prærequirant, neque natura quemvis ad omnia
aptum procreaverit. Unde etiam in pluribus Collegiorum Articulis de hoc
probationis ſpatio eſt proviſum. Exemplum hujus habet Sehmiſch-und Weiß-
gerber-Ordnung in Terris Electoralibus Saxoniæ, confirmata à Johanne Geor-
gio II. Electore Saxoniæ, de dato Dreßden, die 15. Jan. 1660. *Artic. 2.* ibi:
Und ſoll ein jeder Lehrjunge, wenn er willens iſt das Sehmiſch- und Weißger-
ber-Handwerck zu lernen, zuvorhero 14. Tagen verſuchen, und hernach,
wenn er Luſt und Beliebung zum Handwerck hat, hinführo von der Zeit er-
langten Churfürſtlichen gnädigſten Confirmation an (denn die vordeſſen ihr
Handwerck ausgelernet haben, und zu Lehrjungen zwar auffgenommen wor-
den seyn, aber noch zur Zeit nicht gäntzlich ausgelernet haben, ohne männigli-
ches Erinnern richtig paſſiret werden ſollen) auff fünff Jahr lang nach
Handwercks-Gebrauch, vor offener Lade auffgedinget, und verſprochen
werden, und in die Laden 3. fl. nebenſt ſeinen Geburths-Brieff geben und ein-
legen, und wenn er wieder loß gezehlet wird, ebener maſſen 3. fl. erlegen.

* *Tentamen.* Spatium tamen hoc tentaminis poſtea annis diſciplinaribus non 345
imputatur, ſed tantum ad bonam commendationem facit, ſi hoc ipſum tiro
benè transegerit. Neque enim per iſtud tempus ad arcana artis admittitur,
ſed tantum ad exteriora artis aut opificii & actus indifferentes, quales etiam
alias per famulos aut mercenarios expediri poſſunt. Neque enim interiorem
facile converſationem indulgent illi, qui nondum ipſis plenè fuerit mancipa-

 tus.

tus. Uti ſe habet Fabrorum Jenenſium *Artic. XII.* ibi: Wolte etwa ein Meiſter einen Jungen den Blaſebalg zu ziehen gebrauchen, und derſelbe noch nicht auffgedinget wäre, das ſoll ihme zwar zugelaſſen, aber auff das geringſte nicht ferner im Handwercke zu gebrauchen oder zu ſetzen, bey Buſſe ebenmäßig eines halben Gülden, verbothen ſeyn. Cujus ratio hæc eſt, ne ſcilicet alias tiro, forte perceptis quibusdam artis exercitiis, forte diſcedat, & inde poſtea
346 turbator exiſtat. Unde quoque proviſum eſt, ut non liceat magiſtro tironem ultra præfinitum probationis ſpatium detinere, ſed poſtea talis vel recipi ad opificii doctrinam, vel rurſus dimitti debet, uti etiam prædicti Fabri ſtatutum habent *l. cit. Artic. X* ibi: Soll er ihn nach 14. Tagen auffdingen, oder abſchaffen, welcher Meiſter deme nicht nachkommet, und ſolches übertritt, der ſoll dieſes dem Handwerck mit 10. Gr. 6. Pf. verbüſſen. Conf. Beieri *Advocat. Cap. XXI. §. 3.*

347 * *Unius Menſis.* Ita habent Statuta Collegii Piſtorum Franckenhuſanorum de die 30. Maji 1695. *Artic. 4.* Zum vierdten ſollen die Lehrjungen mit Vorwiſſen des Handwercks angenommen, und in das Regiſter, wenn einer vier Wochen bey ſeinen Meiſter geweſen, eingeſchrieben werden, bey Straffe eines halben Gülden, ſo der Meiſter erlegen ſoll, darüber der Lehrjunge ſeine ehrliche Geburth, und daß er ſich unſträfflich verhalten, erweiſen, auch dem Handwercke einen Gülden in die Lade geben, und unter zweenen Jahren nicht lernen ſoll.

§. II.

348 INITIATIO SOLENNIS & quam cum collegio tractandam habet Puer, & quicunque ſtat ex parte ipſius, vocatur das Auffdingen / ac conſtat aliquot actibus tanquam partibus potentionalibus, qui ſimul ſolennita-
349 tem continent, adeoque loco formæ eſſe poſſunt. Quorum (I.) eſt PROFESSIO ſich beym Handwercke angeben. Qua enixa pueri voluntas de iſthoc artificio addiſcendo, iſtiusque collegii juribus fruendis, per ſuum Magiſtrum aut aliquem cognatorum, Collegio, vel Primicerio prius, ſive Seniori, aut quale nomen pro collegii locorumque moribus gerit, denunciatur, contribulium congregatio petitur, atque coram pleno collegio denuo
350 proponitur. Inſimul tamen & Magiſtri propoſitum collegio rite innoteſcit, isque à ſuſpicione ſcholæ clanculariæ liberatur. Nam quamvis collegio id aliunde innotuiſſe potuit, dum ſinguli extracollegialiter reſciverunt; decebat tamen ipſum, collegio ut tali, ſolenniter congregato, decen-
351 ter manifeſtare; ne, quæ collegii ſunt, clam illi videatur dare voluiſſe. Neque

que proficit ipſi, quod eo caſu quo clam docuerit, puer nullis collegii juribus fruiturus ſit: attamen nec debebat puerum nec collegium decipere; illum quidem, producendo irregularem, ſeu futurum turbatorem; hoc vero, talem ipſi obtrudendo, daß er den Jungen zum Pfuſcher macht/und ſolchen der Zunfft an die Seite ſetzte. Cautum igitur eſt plurium collegiorum ſtatutis, ne quis contribulium Tyronem in diſciplinam recipiat, Niſi ex præſcitu ac conſenſu totius collegii: v. g. Reſtiones ſuorum *ſtatutorum Artic. 5.* caverunt: Es ſollen auch die Lehr-Jungen nirgend anders denn vorm Handwerck auffgenommen werden. Bibliopegæ hoc amplius & in contribulium ſuorum filiis id requirunt: verbis: Kein Lehr-Junge/es ſey ein Meiſters-Sohn oder Frembder/ ſoll ohne Bewuſt des gantzen Handwercks angenommen werden. Lanii amphoram vini loco mulctæ adjecerunt, *Artic. 6.* Würde aber ein Meiſter einen Jungen ohne Vorwiſſen des Handwercks annehmen/ der ſoll dem Handwerck einen Eymer Wein/ ſo guth er allhier geſchenckt wird/zur Straffe geben. Apud Piſtores *art. 5.* declaratur, ne quem alicujus Non-civis filium ita ſuſcipiant: verbb. Es ſoll auch kein Meiſter in der Stadt Jena einen Lehr-Knecht/ der nicht eines Bürgers Sohn iſt/ ohne Wiſſen und Willen des Handwercks auffnehmen. Nec enim tam hoc ſpectatur, quod artem à ſuo Magiſtro, quam quod habilitatem à toto collegio conſequitur: Hinc etiam non tam à Magiſtro quam ab Opificio ſuſcipi dicitur: v. g. in articulis Segmentariorum *artic. 1.* Es ſoll kein Lehr-Jung unter 4. Jahren/auch nicht ehe uffs Handwerck auff- und angenommen/ ꝛc. Diſtinguendum tamen juxta ſuperius tradita, inter Receptionem Probationis, quod vocatur auff einen Verſuch annehmen/ & eam quæ fit ad effectum nanciſcendi jura collegii: ac declarantur allegata loca quoad poſteriorem: Limitantur quoad priorem.

352 353 354 355 356

ANNOTATIONES.

357 * *Denunciatur.* Poteſt hæc denunciatio ſive præſentatio fieri non tantum ante elapſum tentaminis ſpatium, ſi forte jam antea de validitate & intentione tironis conſtet; Verum etiam poſtea, quanquam plerumque poſt exantlatum illud fatale fieri ſoleat, ita tamen, ut non diu præſentatio differatur. Uti habet Tribus Fabrorum ſoleariorum Cizenſium *Artic. VI.* ibi: Wenn ein Meiſter einen Lehr-Jungen annehmen will, und derſelbe angetreten iſt; Soll der Meiſter ſchuldig ſeyn, ihn alſobalden des andern Tages denen Für-Meiſtern vorzuſtellen, und länger denn 14. Tage ſich nicht vernehmen laſſen.

358 * *Totius Collegii.* Ex conſtitutione Johannis Friderici Electoris Saxoniæ, conſenſus Collegii Provincialis in Civitate Circulari Crayß-Stadt requiritur. Uti

habent Statuta Pannificum ab eodem confirmata de dato Torgau Anno 1545. *Artic. 6.* ibi: Zum ſechſten/ wenn ein Lehr-Knecht in benahmten Crayß einen / das Tuchſcheren zu lernen angenommen werden will / ſo ſoll ſelbiges in deſſelben Crayß-Stadt/ in Beyſeyn aller Meiſter des Scheerer-Handwercks / in derſelben Crayß-Stadt geſchehen. Und da der Meiſter und Lehr-Knecht in der Crayß-Stadt nicht wohneten / ſo ſollen ſie ſich dahin beyde vor dieſelben Meiſter verfügen / und daſelbſt die Annehmung thun und vollführen.

§. III.

359 Profeſſionem hanc comitatur (II.) PRÆSENTATIO ſeu ſtitio ipſius
pueri coram collegio, aut certis ad hoc deputatis, prout mores vel ratio
Collegii numeroſioris poſcit aut admittit: Hoc ſanè ad puerum non atti-
net; quia & pauci nomine totius agunt, & videbunt de hoc, qui eum iſt-
huc deducunt: nam & Magiſtri intereſt, ne actus iſte olim reputetur clan-
360 deſtinus ac vitioſus. Pueri v. partes hactenus ſunt, coram & in perſona
venire; & in eo partem autoritatis collegii, ac reverentiæ a puero ipſi de-
bitæ conſiſtere autumant: abſentiam imputabunt ipſi in contemtum &
contumaciam, nec ſinent iſtud inultum, ſed vel libertatem ac miſſionem
361 olim impedient. Quod ſi Magiſter inſalutato hoſpite abire conniveat, ac
ſua autoritate mittat, certum eſt, ne ſic quidem ſecurum fore, ſed tempo-
re Magiſterii impetrandi omnia ſimul exigent, inſcriptionem atque miſſio-
nem, unamquamque cum debitis fatalibus ac ſportulis: neque ceſſabunt
interea ſocii cœteri eum exagitare atque expellere: uti hæc omnia tractata
362 memini in cauſa Ellingeriana. Horum actuum notentur inſuper (1.) RA-
TIO: quod videlicet primus ſit in collegia introitus, à quo coetera quæ ſe-
quuntur, dependent, adeoque majori cum ſollicitudine & providentia per-
agendus; ne præcipitanter aut inconſideratè ſemel admiſſum, aut cum al-
legatione propriæ turpitudinis rurſus expellere, aut cum perpetua expro-
bratione exterorum retinere cogantur: Juxta illud: Turpius ejicitur quam
363 non admittitur hoſpes (2.) AMPLIATIO & neceſſitas; qua etiam Pater
qui ſuum docet filium, ad idem tenetur. Alioquin præter artem nihil da-
bit filio, ſtatu autem honeſto eum privabit: Collegium difficilem miſſioni
præbebit adſenſum, omiſſionem hanc in ſui contemtum, atque hoc inſuper
allegabit: quomodo mitti petat, quem ligari non petierit? qualem do-
364 cuerit, talem mittat! prout hoc *2. Auguſt. 1678.* accidebat. (3.) Adjunctum
LOCI: quod debeat fieri coram contribulibus collegialiter congregatis;
cujus indicium eſt ARCA APERTA. Et ſic non in tranſitu hæc, non uti

Prætor

Prætor manumisſioni autoritatem præbebat, dum in balneum, theatrum vel forum prodibat: quia favor liberationis maturandæ militabat; hic agitur de obligando. Sed iſthoc abſolutè & in theſi: Quod ſi contingat, ut 365
alius ſit locus diſciplinæ ſeu habitationis Magiſtri, alius v. Collegii congregati, uti ſolent contribules aliquando diſperſim habitare, & ex civitatibus minoribus ſequi metropolin: Quæritur: *Utrum* traditio pueri debeat fieri 366
in loco diſciplinæ ſeu domicilii: an verò Collegii? Prius ut fiat, ſuadere videntur ſumtus itineris, quos puer cum ſuis paraſtatis teneretur impendere; parciturus iisdem, ſi directo ac protinus domi actus poſſet expediri. Sed nec tamen videtur ſalva Collegii autoritate fieri poſſe, ac non majoribus ſolum ſumtibus, verum etiam incommoditatibus fore obnoxium, ubi Arca in unius pueri gratiam transferri deberet, tot ſtipata comitibus. Prius nihilominus videntur Marſupiarii *ſtatutorum art. 3.* recepiſſe: verbb. 367
Alle Lehr-Jungen ſollen jedesmahl des Orths allwo der Meiſter / ſo den Jungen annehmen will/wohnhafftig / auffgedinget / wie auch daſelbſt wieder losgeſprochen werden / Quod temperamus procedere, ſi (1.) in ea civitate ubi 368
puer eſt erudiendus, vel Aſſeſſor, quales ex provincialibus legi, & Primicerio, quem urbanum eſſe oportet, adjungi ſolent; vel plures etiam Magiſtri habitent, ac (2.) receptio pueri non altiorem requirat indaginem: Tunc enim tanquam ad interim receptio fieri poteſt, ſic, ut proximis comitiis toti collegio præſentetur: permittuntur enim cauſæ leviores particulari ejusmod. conventui, ſumtuum parcendorum gratia. *Ad inſtantiam* 369
reſponderi poteſt 1. Collegium neceſſitati jam tum cesſiſſe, & pauperum egeſtati ſuam autoritatem certo modo poſtpoſuiſſe, *2.* Non integrum commigrare collegium, ſufficiente etiam uno, ſi præexiſtant, quoti, huic juncti, facient collegium, *3.* Arcam deferri non eſt opus: ubi Primicerius cum Adſeſſoribus, ibi Collegium. *4.* Arcam ſuo tempore puer utique ſequitur, quando in comitiis compariturus eſt; præſens actus eſt ſolum intermiſticus.

ANNOTATIONES.

* *Pater.* Niſi tamen ſingularia ſtatuta Collegiorum ſint in contrarium, quæ 370
aliquando Magiſtri filium eximunt à tali neceſſitate aconventationis & expenſarum. Prout exemplum eſt in der Tuchmacher-Ordnung zu Franckenhauſen, confirmirt den 14. Jun. 1670. *Artic. 11.* ibi: Welcher Meiſter einen Lehr-Jungen annehmen will, der ſoll vor das Handwerck kommen, den Jungen gebührend anmelden, und darneben durch glaubwürdigen Bericht oder Dar-

bringung genugſamer Kundſchafft bezeugen, daß er ehrlichen Geſchlechts, und von redlichen Eltern, in untadelhaffter Ehe gezeuget und gebohren ſey. Wann nun ſolches ins Werck gerichtet, ſoll er gegen Erlegung dreyer Gülden, davon Unſerm Ambte 1. fl. die übrigen aber dem Handwercke zukommen, vier Jahr zu lernen, angenommen und auffgedungen werden, in welcher währen der Lehr-Zeit, er denn ſich fleißig, ehrlich und redlich, gegen den Meiſter und Meiſterin verhalten, auch ohne ihre Vergünſtigung, Wiſſen und Willen, nicht aus dem Hauſe verbleiben ſoll, (pernoctatio extra domum) nach verfloſſenen Lehr-Jahren und ſeinen Wohlverhalten, ſoll er gegen Darlegung eines Gülden loßgeſprochen, und ihme die Lehre bekennet, eines Meiſters Sohn aber ſoll des Auffdingens gantz befreyet ſeyn, dergeſtalt, daß er ohne ausgeſtandener Lehr-Jahre, auff Begehren loßgeſprochen, und ihm die Lehre ohne Entgeld bekennet werden ſoll.

371 * *Filium.* Idem juris eſt in reliquis cognatis, qui itidem quoad neceſſitatem præſentationis nullam habent præ extraneis prærogativam. Atque id expreſſe proviſum in Confirmatione Privilegiorum, quam Ferdinandus II. Imp. Buccinatoribus indulſit *Num. 2.* quæ exhibet Limnæus *Tom. II. Addit. ad Lib. III. cap. 10.* verbb. Wenn einer einen Jungen lernen will, ſoll ſich der Lehr-Meiſter wohl befragen, ob er von ehrlichen Eltern, eines ehrlichen Herkommens, und ſoll zu der Auffdingung zwey oder drey ehrliche Feld-Trompeter, als Gezeugen, dazu requiriren, auch wie vor Alters gebräuchlich, weniger nicht als 100. Reichs-Thaler zum Lehr-Geld nehmen, die Helffte zum Anfang oder Auffdingniß / die andere Helffte bey dem Freyſprechen. Keinem Trompeter ſoll ſein Kind, Vetter, Freund oder Jungen unaufgedingt paſſirt, vielweniger ein Lehr-Junge ohne Vorwiſſen der Trompeter, ſo bey der Auffdingung geweſen, frey geſprochen werden.

§. IV.

Quartò notetur adjunctum TEMPORIS: ſunt enim, uti in cœteris
372 opificum actibus atque ritibus, ita & huic ſua fatalia. Equidem videbatur hoc indifferens eſſe, ſic, ut quandocunque aliquis ejus ſit ætatis & virium corporis, ut apprehendendæ & exercendæ artis idoneus ſit, convenerit inſuper cum Magiſtro, cœtera futura ſint arbitraria, cum ex facto dependeant. Sed, multum contradictionis patietur, quicunque fatalia uſitata non obſervaverit. Apud Lanios dies alborum eſt, Judica in Eccleſia vocatus; Der weiſſe Sontag. More tamen potius quam ex inſtituto: apud alios alius. Quæri igitur ſolet, ſi contingat, alio quem inſcribi petere tempore,

v. g.

v. g. Ægydii, *utrum* petito deferendum? filiis equidem Magiſtrorum hoc fecerint præcipuum; ſed Extraneus eam gratiam neutiquam ſentiet. Ratio, ut dixi, Mos ita receptus datur, quod nullus extraneus in ſuo protocollo circa hoc feſtum inveniatur immatriculatus, omnes autem die Judica. Actor replicando defectum ſtatuti allegavit, quale ſolet ſtricti juris eſſe, & quod illud non dicit, nec nos dicere debemus. Atque ita decretum *D. ii. Septembr. 1676.* quod addita mulcta decem imperialium confirmatum fuit C. *25. dito.* Weil ſie dero exception aus ihrer Innung nicht beweiſen könnten/ den Jungen/ wenn er ſich melden würde/ einzuſchreiben. Rationem ſi requiras, 374
375 plerumque aliam non audies, quam Legem ita ſcriptam eſſe. *Sed Reſp. 1.* quid E. ſi lex non adſit, ut in caſu allato? *2. Diſt.* inter prætextum & veram cauſam; quam ſtudiosè ſolent occultare, aliqui ſc. ex aſſumta ſtupiditate: Nec enim omnes de collegio norunt; ſagaciores autem ſine dubio peculiare quid intendunt. Nam ex puero Adjutor, & ex hoc gubernator ſeu 376
Magiſter: quantocius igitur ab initio quis in puerum aſſumitur, tantocius evadere poteſt in Magiſtrum, bald auffgedingt/ bald ausgelernt/ ubi non præceſſit initium, ibi nec finis inſequi poteſt, juxta illud: je länger hier/ je ſpäther dar. Deinde, ne tot pueros quisque Magiſter doceat quot velit, 377
ſed juſtum obſervet interſtitium. *vid. infr. cap. 9. §. 1.* Benigniores in hac parte pueris ſe Marſupiarii præbent, atque indifferenter habent ad conventus tam quartales quam anniverſarium: in tantum, ut ſi ſalus pueri poſtulet properandum, media tempora concedant, & aliquando rigorem publicum utilitati privatæ poſtponant: Cum ejusmodi tamen moderamine, ut actus illi eventualiter ſolum & ſub ſpe rati, ut ita loquar, fiant, donec in conventu univerſali omnia purificentur.

ANNOTATIO.

* *Ritibus.* Eſt autem generaliter circa ritus aconventationis obſervandum, 378
quod non debeant eſſe ſcandaloſi, prout etiam habet Ordinatio Provincialis Saxo-Gothana Ducis Erneſti *Part. II. cap. 3. tit. 38.* ibi: Auch ſoll alles unordentliche Weſen/ welches bey Auffnehmung der Lehr-Jungen/ mit etwa alſo genennten Teuffen/ oder üppigen Henſeln zuweilen hat vorzugehen pflegen/ gäntzlich abgeſchaffet ſeyn/ und ernſtlich beſtraffet werden. Nimirum Candidati tyrocinii colore nigro obcruſtantur, morionum veſte induuntur, plagas, balneum, ſuſpendium fumum, uſtulationem, ſæpe cum periculo ſanitatis patiuntur Speidel. vocab. Handwercker. Eodem pertinet vulgò dictum das Waſſer-Spiel, Marquardt. de Jure Mercat. L. 3. c. 2. n. 32.

§. V.

§. V.

379 Proximus his actus, ſeu (III.) REQVISITUM, eſt LEGITIMATIO Perſonæ, quæ tendit ad inculpatos natales: Unde tenetur puer exhibere documentum legitimæ nativitatis, muß ſeine ehrliche und ehel. Geburth durch richtige Kundſchafft und Vorlegung eines gültigen Geburths-Brieffs beweiſen. *add.* Bayriſch Land-Recht *Lib. 4. Tit. 1. §. 2. ibi:* Von den
380 Lehr-Jungen / und wie die ſollen beſchaffen ſeyn. *ſqq.* De natura, requiſitis & contentis ejusmodi atteſtati, prolixius dicendi erit occaſio in ſede nativa *de fide Inſtrumentorum.* Hoc ſolum in præſens & obiter notamus, Ejusmodi ſtatuta ſeu articulos, legitimationem exigentes, validos eſſe, & haud irrationabiles, conſpirante ita communi Doctorum caterva. Rutg. Ruland. *de Commiſſ. part. 1. Lib. IV. cap. 6.* Beſold. *1. Pol. XII. th. 26. n. 3. circa f.* Wehner. *Obſ. pr. verb.* Zunfft, §. *in opificum.* Schütz *vol. 2. Colleg. publ. diſp. IX. part.*
381 *2. th. 9. B.* Quamvis autem aliud inſuper requiritur teſtimonium, Vitæ nim. anteactæ, tam Parentum quam ipſius pueri: Hab ſich auch in ſeinem Leben ehrlich / ehrbar und frommlich verhalten / uti requirunt ſtatuta Piſtorum *Artic. 4.* quia tamen non debet fieri per plura, quod poteſt fieri per pauca, igitur utplurimum clauſula hæc atteſtato nativitatis inſeritur; non
382 invitis ſtatutis, in contrarium expreſſe nihil diſponentibus. Requiritur autem porrò, ut atteſtatum hoc arcæ collegii inferatur, inibique in pignus ac ſecuritatem perſeverantiæ aſſervetur, ne facile absque cauſa & voluntate Magiſtri puer aufugiat, artem deſerat, ad alium Magiſtrum aut aliam artem transfugiat, quod ſi enim eo non attento diſcedat tamen, ab alio nemi-
383 ne recipietur. Ratio, quia ſine atteſtato ex more communi nemo ſuſcipitur, aſt hoc in arca collegii deſerti aſſervatur, non reddendum, niſi ante Collegio & Magiſtro reconciliatus. Novum autem non dabit Magiſtratus ſi cauſam audiverit; neque enim binâ vice dare conſuevit, ſeu: *Irrei-*
384 *terabile habetur nativitatis documentum* ad inſtar actus legitimi. Recipit tamen hoc temperamentum, ut procedat, ſi puer ad alium Magiſtrum diverſæ profeſſionis aut alius civitatis transeat. Nam ſi intra idem collegium ejusdemque civitatis muros, poterit inſtrumentum in loco priſtino ad eundem effectum permanere, tanquam ex nova cauſa & in gratiam novi Magiſtri: prout ſervatum fuit in cauſa Magiſtri negociatorum des Cramer-Meiſters adverſus puerum qui ab uno contribuli ad alium ſe contulerat.
385 *24. Mart. 1676.* Documentum hoc, ſi tempore profeſſionis haud fuerit exhibitum, certe tempore dimiſſionis adhuc poteſt exhiberi conf. *infr. n. 526.* ſed præciſè hoc tum agendum eſt; quod ſi tempus exhibendi certum præfinitum

finitum fuit, illud magis ſervandum: eo elapſo Magiſter qui pro puero ca-
vit, reſpondere deſuper tenetur. Nec juvabitur, allegando pueri Pauper- 386
tatem; qua impeditus fuerit documentum redimere ac ſportulas ſolvere:
quia tantillum pro eo expendere non detrectabit Magiſter, qui potuerit o-
pera pueri in ejus vicem uti. Sed, quid ſi Puer ſit Magiſtri in patria ſua fi- 387
lius, ut adeô tantopere atteſtato non indigeat? Reſp. hoc conſiſtit in facto,
& poteſt Collegium latere, ſi præprimis Magiſter eum tractet ut extrane-
um, *v. g.* amplius conſtituendo ſpacium doctrinæ. Ita ſervatum *15. Sept.*
1680. in cauſa Saponariorum adverſus H. B. hab den Jungen laſſen uff 4.
Jahr einſchreiben / und als einen Frembden tractiret.

ANNOTATIONES.

* Geburths-Brieff. Deſcribuntur *Litteræ Natalitiæ* à Dd. quod ſint: Te- 388
ſtimonium legitimæ originis & nativitatis ſub fide publica datum. Daß man echt und recht gebohren / und keinem Herren mit Leibeigenſchafft unterworffen ſey. Harum proinde Litterarum finis atque effectus eſt legitimæ originis & nativitatis probatio. Hinc licet peregre adveniens ſe legitimè natum liberumve profiteatur, ipſi tamen, ſi legitimorum natalium teſtimonio deſtituatur, nulla omnino fides habetur. Non tamen, ad receptionem in Collegium, quodlibet teſtimonium fide ac ſigillo publico munitum ſufficit, ſed ſolenniter debet eſſe conceptum, juxta ſtylum fori & obſervantiæ opificiariæ, alias ad probationem non admittitur. Add. Lyncke de *Litter. Natalit. Cap. I. §. 6.*

* *Requiſitis.* Debent certè hæc documenta Nativitatis in *forma fori Opificiarii* 389
conſueta exhiberi. Hæc proinde alia *interna* eſt, alia *externa.* Illa partim verba, partim ſtylum Curiæ concernit. Hæc figuram inſtrumenti hujus litterarii externam ſpectat. Ad iſta proinde requiritur (I.) Vt ponatur nomen Senatus, Præfecti aut Nobilis, ſub cujus jurisdictione natus eſt taliter implorans. (II.) Nomen implorantis, ſeu ejus, qui atteſtato opus habet. (III.) Duorum aut maximè trium teſtium fide dignorum, qui vel pollicentur ſub fide homagii, quo alias magiſtratui ſuo ſunt obſtricti; vel ſicubi ad Exteros perventurum ſit documentum, Dantiscum forte Boruſſorum vel Auguſtam Vindelicorum, peculiari juramento adſtringi opus eſt; isque actus poſtmodum documento inſeritur: Formula antiquitus occurrit talis: Wir reden und ſprechen auff Unſern Treuen / und auff unſere Ehre / an Eydes ſtatt / daß wir fürwahr wiſſen / daß N. N. ehrlich und fromm gebohren iſt / von Vater und Mutter / und daß ſich dieſelbigen ſeine Eltern und er ſich auch ſelber / frommlich / ehrlich

ehrlich und wohl gehalten haben / als fromme Leute / ohne Argeliſt und ohne Geſehrde. Requiritur (IV.) ut ponantur Nomina Parentum, quin etiam avorum mentio rem faciet ornatiorem, ſi maximè honeſtis officiis functi, vel alias meritis in rem publicam clari ſint. (V.) Connubium parentum atque locus celebratarum nuptialium ſolennitatum. Quodſi alibi id contigerit, quam ubi natus eſt filius, hujus quoque actus peculiare Atteſtatum à Senatu vel Paſtore loci opus erit, idque certis clauſulis documento natalitio inſeritur. (VI.) Ipſa nativitas legitima, ubi ſimul ad tempus & diem nativitatis, nec non (VII.) Patrinos ſeu Sponſores in actu baptiſmali adhibitos, reſpici ſolet. (VIII.) Converſatio & vita, tam parentum, quam filii inculpata memoratur. Et pleraque quidem hæc Magiſtratus aliunde ſeu à teſtibus productis, ſeu ex libris Eccleſiarum baptismalium ſumit. Porro (IX.) de ingenua nativitate, & quod ſit ſanguinis Germanici inſeritur, hoc modo, daß er teutſcher und nicht wendiſcher Art / auch niemand mit Leibeigenſchafft verwandt / frey / ledig und loß / idque Magiſtratum ipſummet de ſuo teſtari, oportet. Inſerunt (X.) alii clauſulam de libertate diſponendi circa res ſuas, quæ videtur reſpicere ad poteſtatem doctrinalem, quam magiſter in tironem conſequitur, cui talis ſe libero ſuo ac ſpontaneo arbitrio ſubponit. Denique (XI.) petitionem atque commendationem annectunt. Ad *formam* porro *externam* refertur; Quod documentum ejusmodi ſigillo publico munitum, nec ulla ejus parte corruptum ſit Add. Beier *b.m. in Advocat. Opificiar. Cap. 32. §. 8. & ſeqq.*

387 * *Exigentes.* Quod ſi vero litteræ teſtimoniales de nativitate legitima exhibere nequeat, fortè, quod tempore belli vel peſtis, omnes obierint, qui notitiam rei habuerunt, atque etiam Libri parochiales vel incendio abſumti ſint, vel incuria miniſtri fuerint non accuratè conſcripti. Tunc certè ſi communem præſumtionem præ ſe habeat, & atteſtatum vicinorum, quod ſemper pro legitime nato fuerit habitus, erit nihilominus in Collegium recipiendus, ſiquidem tunc in caſibus dubiis, & qui ſunt difficilioris probationis, communis fama & conſtans ſermo vim probationis habet Fritſch. *de Colleg. Opific. cap. V. n. 5.* Aliquando dilatio exhibitionis conceditur. Uti eſt in Articulis Ephippiariorum Cizenſium *Artic. 9.* ibi: Da aber der Junge nicht alſobalden zu dem Geburths-Brieffe kommen könte / ſoll er einen Gerichts- Schein oder Bürgen / es ſey der Lehr-Meiſter oder andere beglaubte Perſon ſetzen / in einem Viertel Jahre den Geburths-Brieff in die Lade ſchaffen / und ſolchen die Lehr-Jahr über in Verwahrung nehmen laſſen.

388 * *Atteſtatum.* Hoc proinde ſolenne requiritur à Magiſtratu conceptum; Nec ſufficit *Atteſtatum Sacerdotis.* Unde adverſus documentum Natalitium inter alia,

alia, à Collegio Opificum, exceptum fuiſſe, refert Beier p. m. in *Tractat. de Advoc. Opificiar. cap.32. v. 1.* A ſacerdote impetratum illud datumque eſſe: cui hominum generi haud liceat ſecularibus ſe immiſcere negotiis. Vors andere / iſt die von ihme / Supplicanten / an ſtatt eines Geburths-Brieſſes Uns vorgelegte Schrifft an ſich ſelbſt informiter eingerichtet / und ſehr verdächtig; Indem wider Landes-Gebrauch ſolcher gantz ungewöhnlicher maſſen von einen Pfarrer ausgehändiget / da doch notorium, daß Prieſter mit Gerichts-Sachen und andern politiſchen Händeln nichts zu thun haben ſollen. Equidem teſtantur Annales Eccleſiaſtici tempora celebratorum ſacramentorum, aliorumque actuum eccleſiaſticorum, non tamen ultra.

§. VI.

Sed hæc ex parte Tyronis: Sequitur QUARTUM REQUISITUM, 389
Receptio ſeu Admiſſio pueri & in album Collegii INSCRIPTIO. Ubi, quantum ad *Receptionem* attinet, notandum eſt, oportere & Collegium cautum eſſe in recipiendo, & ſe ipſum prius probare atque examinare: An idoneum ſeu adæquatum ſit huic actui, ne plus arroget ſibi aut ulterius quam poſtea autoritatem præſtare valeat: adeoque & is qui puerum ei præſentat, circumſpectus eſto; cui puerum committat, ne præter hoc quod nullitatem admiſerit, puero nocivus exiſtat improvida traditione. Finge, in 390
aliqua civitate ad quam commigravit, diverſa exiſtere opificia, quæ ſeorſim numerum non eſſent habitura, ad collegium ſui opificii conſtituendum, eſſe tamen in unum corpus congregata, non artis, ſed negotiationis intuitu, nec aliud quid commune habere quam Negotiationem, daß ſie den Marckt baueten / hoc eſt, quod opera manuum ſuarum venum exponant, non verò mercenarias exerceant operas. Finge porrò, Advenam quen- 391
dam in tale quoque collegium recipi, & extare etiam in eorum ſtatutis articulum de tali opificio quod ipſe callet, ac qualiter ſe ſuæ conditionis homines habere debeant, cùm petunt recipi: Jam *Qu. An* pueros ſuos tutò poſſit huic collegio præſentare? & Num collegium poſſit receptionem ſibi arrogare? Negativam tuebantur Noribergenſes Pectinarii, qui propterea ſalutatione indignum æſtimabant Magiſtrum, & conquerenti, cauſam hanc exſertim præſcribebant. verba ſonant. Benebenſt freundl. Begrüſſung kön- 392
nen wir Euch Mr. N. nicht verhalten / was geſtalt wir Euer vom 8. Junii an Uns abgelaſſenes Schreiben zu recht erhalten / und aus demſelben verſtanden / welcher maſſen euch frembd vorkommen / daß wir Euch den Gruß aufgehalten / indem Eurer Meynung nach / weder an Euch noch an Euren Lehr-Jun-

gen etwas tadelhafftes erfunden worden. Darauf wir Euch in Antwort berichten / daß obbeſagtes Aufhalten des Gruſſes darum geſchehen / weilen Ihr euren erſten Jungen bey denen Meiſtern unſers Handwercks zu Erffurth / den andern aber nicht daſelbſt / ſondern bey einer Zunfft von unterſchiedlichen Handwerckern zu Jena auffdingen laſſen / welches Euch aus eigner Macht und Willkühr zu thun / keines weges zuſtehet / ſondern hättet in ſolchem Fall / do ihr euch von den Erffurther Meiſtern abſondern wollen / daſſelbe an ein erbares Handwerck allhier / als bey welchen die Haupt-Lade zu finden iſt / berichten / und eine löbl. Meiſterſchafft allhier gebührender maſſen begrüſſen ſollen / ob Ihnen beſagte Abſonderung nicht zu entgegen wäre. Weilen Ihr nun ſolches in geringſten nicht in acht genommen / ſondern vielmehr Euch der eigenthümlichen Macht / alles nach Euren Gefallen zu verrichten und (eurem Berühmen nach) als ein approbirter / privilegirter und confirmirter Mr. eine Zunfft vor Euch ſelbſten zu haben anmaſſet / und die lang und wohl hergebrachte Gerechtigkeit der hieſigen Haupt-Laden in dieſem Stück zu ſchmählern trachtet / auch über diß das Handwerck mit Jungen überhäuffet / und einen über den andern lernet / unerachtet ein allhieſiger Meiſter in 17. Jahren einen Jungen erſt lernen kan / Ihr aber / als Euer Lehr-Junge noch ½. Jahr zu lernen gehabt / ſchon einen andern angenommen. Als wiſſet / aus was Urſachen wir Euch den Gruß nicht zugelaſſen. Dafern Ihr auch ins künfftige nicht über euren Handwerck halten werdet wie ſichs gebühret / E. E. Handwerck allhier verurſachet ſeyn wird / Eure Leute nicht zu fördern. Welches wir Euch zur Nachricht nicht verhalten wollen / GOttes Obſchutz uns anbey allerſeits wohl empfehlend. Datum Nürnberg den 21. Junii 1662. Eure dienſtwillige die geſchworne Meiſter im Nahmen des geſammten Handwercks der K.
393 M. allhier / ꝛc. Videtur autem circa ejusm. collegia mixta ſeu compoſita diſtinguendum, atque inſpiciendum: Cui uſui aut quo fine unita: Utrum ſolius Negotiationis gratia, prout tale collegium dicitur der Kramer Handwerck: tanquam dixeris Artificum negotiantium. Et tunc videtur, haud poſſe eos tale quid ſecurè attentare, aut actibus opificialibus autoritatem
394 ſuam accommodare, quatenus talibus & ut ſic conſideratis. In quas partes & inclinavit Senatus in ſua *relatione 11. Jul. 1676.* Und halten wir dafür / das nach dieſem Articel (eſt autem XVI Der Kraamer-Handwercks-Ordnung ſo von den Kambmachern handelt) die hieſigen Kambmacher keinen Meiſter annehmen oder einen Jungen auffdingen und losſprechen können. Denn Er nicht anders in ſich begreiffet / als wie der / ſo das Handwerck ehrlich treiben / und unter den Krahmer-Handwerckern vorkommen wolle / beſchaffen ſeyn müſte

ſte (hoc eſt privilegium ultra tenorem, Tenor non ultra concedentis intentionem eſt interpretandus; Princeps in *d. art. 16.* non voluit pectinarios donare jure collegii & actibus inde pendentibus.) Dannenhero als nachgehends Mich. S. Meiſter werden wolte/ muſte M. H. R. Vollmacht ſolches zu verrichten von den Erffurthern haben. (prout & partem ſumptuum iſthuc transmiſſam eſſe, fatetur Roſt in litteris 1675. abſque die datis) Gleicher Geſtalt müſſen andere Handwercker / ſo zu dieſer geſammten Zunfft gehören / wann ſie keine abſonderliche Innung haben / darinnen ausführlich ihre Handwercks-Gewohnheit begriffen/ mit andern Innungen zu Leipzig / Erffurth/ und anderswo es halten / daſelbſt ihre Jungen auffdingen und losſprechen / und endlich Meiſter werden laſſen / ꝛc. Quod ſi v. talia opificia præter negotiationem, principaliter propter exercitium opificii ſui congregata ſeu unita, tunc, licet multifaria; crederem tamen, poſſe actus collegiales exercere, ſeu actibus opificialibus, qualis eſt Aconventatio, autoritatem impertire: Maximè, ſi unum eſſet tertium in quo omnes convenirent, & iisdem moribus uterentur, v. g. ſi mera eſſent liberalia ſeu gratuita, geſchenckte Handwercke: quemadmodum non infrequens eſt, ut tres aut quatuor eorum ex diverſis artibus accumbant, & ſine collegio actus collegiales peragant; Aut ſi Præſcriptione jus tale adquiſierint, prout eò tendit & prælaudata 395
Relatio Senatoria: *cujus verba ſonant:* Bevorab / da die Auswärtiſche vielleicht aus Unwiſſenheit / wie der Articel eingerichtet/ und was es vor eine Bewandniß mit denen Krahmer-Handwercken habe / ſolches niemals angefochten. Dadurch dann ihnen deſto kräfftiger der Haupt-Laden halber wiederſprochen werden könte / ꝛc. Et exemplum obſervavi in Adam Medern. Quo- 396
niam autem Receptio non ſolet fieri abſque ritibus, notabilem damus locum, pro ſtatutis artificum & conſuetudinibus, quas in receptione & initiatione famulorum ſuorum ſolent cuſtodire, apud Tabor. *armam. c. 1. th. 10. p. 16. & th. 27. p. 25.* quæ loca oſtendit ipſe in Indice legum *p. 359. n. 4.* Præcipuus autem Fabricenſibus mos erat Inuſtio ſtigmatis. *v. cap. 9. §. 10. n. 493.*

397 Et licet *matricula*, quantum ad Inſcriptionem, non faciat, ſed probet ſolum aliquem eſſe de collegio; Eſt tamen vel eapropter neceſſaria, quia ſi non receptus fuerit nunc, neque olim dimittetur; Privatio præſupponit habitum: conſequenter nec à Collegio pro ſuo agnoſcetur. A Magiſtro conſequitur quidem Doctrinam, ſed à Collegio ſtatum. Illa non proficiet ulterius, quam ut olim vitam neceſſario tranſigat, in gloriam tamen, & ſub perpetuo Turbatoris opprobrio, wird ſein lebtag vor einen Pfuſcher und Stöhrer geachtet. Formulam Inſcriptionis talem circiter obſervant; 398

Heute dato den 29. Auguſt. iſt Meiſter H. N. Elliger von Burgau vor dem Handwerck erſchienen / und ſeinen Sohn H. L. uffs Handwerck laſſen uffdin-
399 gen / und dem Handwerck ſeine Gebühr erlegt. So geſchehen Anno 1671. Quo in caſu *quæſitum* fuit de Anticipatione; *Utrum* maturius quis inſcribi poſſit quam fuerit præſentatus? hoc eſt: An momentum Præſentationis & Immatriculationis præcisè oporteat concurrere: Sic, ut non liceat tempus per unum alterumve annum retrò ſcribi, ſi fortè aliquamdiu jam tum
400 opificio, ſed citra inſcriptionem adhæſerit. Ratio differentiæ talis eſt: quod ſi demum ex tempore inſcriptionis, tempus annorum doctrinæ computari incipiat, anni jam exantlati forent fruſtranei, & præferrentur tali plu-
401 res tardius ad opificium adducti, quia citius inſcripti. Unde affirmativam tuebatur Pater, qui filium ſua autoritate adſciverat, emancipaverat & peregrè ablegaverat, auff die Wanderſchafft geſchickt: ob hoc, quod Collegium illis actibus autoritatem ſuam impertire, ex certis ſed fundamento deſtitutis rationibus, detrectaverat. Atque in eo nunc erant res filii ſitæ, ut
402 Magiſterium in loco remoto ambiret. A partibus negantium ſtabat Collegium, quod grande nefas reputabat, aliter ſcripſiſſe, quod in rei veritate aliter acciderit; nec credebat defendi poſſe coram Poſteritate, quando ea hoc rerum geſtarum veritati & ſanæ rationi contrarium animadverterit. Abſurdum quippe eſſe, Mitti eum, qui ſcriptus non fuerit. Aut, Scribi:
403 eo die ſuſceptum fuiſſe, qui ne præſentatus quidem fuerit. Pro deciſione notandum, In Jure trium generum propoſitiones dari, quarum aliæ fundantur atque enunciantur ſuper Veritate; Ut ſi dixero: Prætor eſt Magiſtratus Romanus Ordinarius Urbanus: Aliæ ſuper Præſumtione, quæ probationem in contrarium admittunt, interea autem dum hoc pendet, pro veritate habentur; ut ſi dicam: Qui tacet conſentit. Aliæ ſuper Fictione, quibus id quod aliter ſe habere non ignoramus, tamen ex certis cauſis & in certum finem jubemur ita reputare; ut, quando in acie mortui, per-
404 petuò per gloriam vivere dicuntur *inſ. pr. I. de Excuſ. Tut.* Trahit autem illa fictio aliquid vel de perſona ad perſonam, vel de negocio ad negocium, vel de loco ad locum, vel de tempore ad tempus: ut ſi hodie copulentur, qui ante biennium coierint, & filium ante annum genuerint; copulatio ſacerdotalis retrotrahitur ad tempus copulæ carnalis, tanquam tunc adhibita, utut omiſſam ſciamus, in favorem ſcil. ſtatus honeſti. Quidni E. præſentationem & cœteros actus olim omiſſos, hodie, quando cum Collegio transactum, & delictum ſi quod fuit, expiatum eſt, conditio deſiderata impleta & purificata eſt, liceat ſupplere, & fingere ac ſcribere tunc adhibitos,

tos, quando puer opificio primum admovebatur? Iſthæc Lector Benevo- 405
le non Tibi dico, quem probè id, & ante me noſſe ſcio, ſed quia coram hominibus, iſta aut non percipientibus, aut ægrè admittentibus, ita populariter loquendum fuit: unde factum ut ita d. 9. *Aug.* 1678. in cauſa ſuperiori decerneretur.

ANNOTATIONES.

* *Tironis.* Licet vero hæc requiſita reſpectu tironis pro eſſentialibus receptionis 406
faciendæ ſint poſita, atque ſine vitio nullitatis non poſſint à tirone negligi; Attamen Collegium ipſum gratiam alicui facere poteſt, ob notorietatem nativitatis, atque id Protocollo inſeritur. Unde Cultrarii Steinbacenſes *Artic.* 24. ita demum documentum natalitium arcæ inferendum exigunt, ſi extraneus ſit extra diœceſin baptizatus, ibi: Und ſo er in denen Alten Steiniſchen Gerichten getaufft, ſeinen Geburths-Brieff für und in die Lade zum Pfande einlegen laſſen. Et hinc ſoli Exteri documentum litterarium ex neceſſitate tenentur exhibere; Nati autem in loco, teſtes vivos poſſunt producere. Ita Coriarii Cizenſes *Artic.* 5. Ein Einheimiſch-Gebohrner, Bürgers und Stadt-Kind ſoll lebendige Zeugen vorſtellen.

* *Inſcriptio.* Fit illa in Rotulum Opificiarium prævia præſentatione vel toti 407
Collegio, vel Seniori Collegii facta, prout Statuta requirunt. Ita habet Reglement Ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis Georgii Wilhelmi de dato Zelle den 4. Aug. 1691. *num.* 20. ibi: Wenn ein Knabe ſich bey einem Meiſter, deſſen Kunſt und Handwerck zu erlernen angiebet, ſoll gedachter Meiſter Macht haben, denſelben vor ſich, und ohne Zuziehung der andern Amts-Meiſter anzunehmen, und mit ſolches Jungens Eltern, Befreunden oder Vormunden, wegen der Conditionen, inſonderheit der Terminen, (in welchen das Lehr-Geld weßwegen dann auch von der Obrigkeit jedes Orths ein reglement zu machen, und wieviel ein jeder Lehr-Junge zu geben, ein gewiſſes, nach Beſchaffenheit des Handwercks zu proportionirendes quantum zu determiniren seyn wird) entrichtet werden ſolle, Handlung zu pflegen; Jedoch ſoll gedachter Meiſter ſolches dem Alt-Meiſter anzeigen, und ihm den Jungen præſentiren, damit er ſelbigen, gegen Erlegung drey gute Groſchen ins Ambt-Buch einſchreibe.

§. VII.

Hæc omnia tandem ſequuntur SPORTULÆ, das Auffdinge-Geld/ 408
hoc eſt certæ moderatæque expenſæ, tempore ac cauſa Initiationis faciendæ. Quarum notentur tum Perſonæ, quis & cui, Quantitas & uſus, ſeu in quem finem ſint præſtandæ. Certum quidem eſt Puerum, cujus gratia 409
totus

totus ſolennitatum peragitur actus, obnoxium eſſe; In quibusdam tamen
collegiis oportet & Magiſtrum qui doctrinam pollicetur, modicum quid-
piam, duos groſſos aut paulò amplius, Collegio perſolvere; tanquam bi-
balia utrique incumbant contrahenti. Memini tamen Senatum, quando
410 nova ſtatuta confirmationi offerebantur, punctum illud expunxiſſe. Cui
& in quem uſum aliquid pendendum ſit, facilè definiri poſſet, niſi variarent
mores; Regulariter pro convocatione collegii aliquid datur, quoties ſcil.
extra conſuetum tempus inſcriptio petitur: qui igitur differt ad ordinari-
os conventus, ſolum ſolvit unum atque alterum florenum pro inſcriptio-
ne, & quidem Collegio, ſed Amanuenſi ſeorſim groſſum unum aut alte-
411 rum. Alicubi autem pro reſeratione arcæ peculiaris ſportula, forſan quar-
ta Joachimici pars, eſt exſolvenda: & ſunt hæ collectæ Collegiorum, dum
modus ſervetur, arbitrariæ, quia non ſolum multæ expenſæ ordinariæ Col-
legiis incumbunt, verum etiam in ejusmodi congreſſibus potui aliquid im-
penditur, oportet igitur venas eſſe, per quas aliquid ad ea accedat. Quæ-
dam collegia etiam piæ cauſæ aliquid deputarunt, ut Acuarii & Marſupia-
412 rii, ſed de cœtero tamen expenſas contraxerunt. Notandum etiam, quod
Magiſtrorum filii in hoc paſſu ſentiant aliquod compendium; ſed ita ta-
men, ſi parentes per totam vitam collegio conſtanter adhæſerint, onera
communia toleraverint, hätten das Handwerck biß an ihr Ende mit gehal-
ten / und ihre Quartal-Groſchen jedesmal richtig erlegt. Qui ergo renun-
ciavit, vel alio commigravit, hat das Handwerck verzogen / horum liberi,
413 ut Magiſtrorum, tractari non poterunt. Quæſitum fuit de filio ejus, qui
collegii juribus indignus judicatus & ejectus fuit, utrum liberi ejus ut ex-
tranei tractandi, an ſub ſportulis privilegiatis admittendi? Prius equidem
aliquibus fuit viſum, argumento Edicti Torgenſis de Anno 1583. Rubr.
Welcher geſtalt die Agnaten/ꝛc. §. Dieweil aber dennoch verſ. und darüber
ausdrücklich. Ubi filius ex delicto patris jure & ſpe feudi excidiſſe declara-
414 tur, licet venire videatur ex gratia primi adquirentis. Verum, à diverſis
mala fit illatio: diverſa autem eſt ratio Feudi & Collegii: Nam prius, filius
habet quidem à primo acquirente, ſed per ac propter Patrem. Carpz. *p. 2.
C. 48. d. 9.* ſic ut illud ſperet poſt illius mortem. Sed jura Collegii habet à
Lege, etiam vivo Patre. Hinc Scabini Lipſ. Menſ. Mart. 1650. Reſpon-
415 derunt: Als nun der Vater verſtorben / will deſſen Sohn H. T. ſo bey der
Handlung erzogen / ſich in die Innung begeben / auch darneben des beneficii
der Krahmer-Söhne ſo nur 2½. Reichs-Thaler zu geben ſchuldig / ſich ge-
brauchen. Ob nun wohl ſein Vater ſeiner Begünſtigung wegen / der Innung

und

und derer Gerechtigkeit verluſtig worden. Do aber dennoch / dafür es ſich anſehen läſſet / berührtes Innungs-Statutum in Anſehung der Söhne / und in derer favor auffgerichtet worden / dahero des Vatern Begünſtigung dem Sohne um ſo viel weniger nachtheilig ſeyn kan. So hat H. T. des beneficii, welches ſonſten den Krahmer-Söhnen zuſtehet / ſich zu gebrauchen wohl Fug / und mag Er demnach andern auſſer der Innung ſich befindlichen Bürgers-Söhnen gleich / die Gebühr der Innung zu entrichten nicht gedrungen werden. Carpz. *cent. 3. Deciſ. 98.* Cauſa finalis harum expenſarum non ea ſolum eſt, 416
quam *modò n. 408.* allegavimus, augere ærarium ſeu arcam collegii, aut implere gulam & ſtomachum collegarum; nam ille eſt uſus pecuniæ jam acceptæ. Vera ratio & cauſa petendæ & ſolvendæ eſt, ut ea obſignetur contractus, & ſit teſtimonium rei perfectæ, & quaſi arrha. Sic enim probatur 417
actus alicujus perfectio & implementum, quando quod extremum eſt, ſeu pars ultima, peracta; ex quo igitur laudemium quaſi accipit, tacitè & ipſo facto perfectionem jactat: Alioquin ſibi ipſi contrarius futurus, ſi perfectionem negaret, & tamen præmium acceptaſſet. Jure Sax. antiquo in 418
donationibus rerum immobilium plura neceſſaria ſunt viſa, quæ inter eſt Ceſſio Judicialis & Immiſſio realis; quibus omnibus peractis, negocium tamen perfectum non videtur, Niſi Judici ſuæ ſportulæ, tanquam in teſtimonium veritatis, rei perfectæ, & recognitionem quandam perſolverentur. verba juris municipalis Weichbild *Artic. 20. in fine* ita ſonant, Das muß der 419
Richter denn thun bey dem Eyde den Er zu dem Gericht gethan hat: So geb jener ſeine Wiſſenpfenning dem Richter und dem Schöppen / ſo iſt Er denn vollkommen an ſeinen Rechten / ꝛc. *fol. m. 32. col. 1. inf.* quod confirmat gloſſa *fol. 36. col. 3. inf.* ibi: Und Er gehe denn wieder zu Gericht / und der Eingeweiſet bezeug die Gab mit den Schöppen / und geb ihn darüber ihre Wiſſenpfenning. Nummi hi, ab Immiſſione, an à Scientia & prudentia, qua median- 420
te ſententiam invenerunt dicantur? quid refert inquirere, poſtquam hoc quod volumus innuunt, in hunc ipſum finem, Teſtandi de perfectione donationis, dari conſueviſſe; ac tum demum credi eam perfectam, quando Judex eos tanquam in ſignum & recognitionem acceptat.

ANNOTATIONES.

* *Sportulæ.* Quantitas harum ſportularum variat, pro diverſis Collegiorum 421
Articulis, & pro diverſa locorum obſervantia. Et debent aliquando Magiſtri, tironem offerentes, pro his omnibus præſtationibus pueri cavere. Prout conſtitutum habetur apud Pannifices Cizenſes *Artic. XXVIII.* ibi: Soll ſolcher

cher Knecht in die Stiffts-Silber-Kammer einen Reiniſchen Gülden, denen Gewercken in die Lade, vor Eſſen, Bier und Wachs 7. Gülden 13. Groſchen bey ſeiner Anzeige geben. Und vor ſolches alles des Lehr-Knechts Meiſter geloben, damit ſolches, wie gebührlich gegeben und vergnüget werde.

422 * *Moderatæ.* Solet proinde Magiſtratus aliquando quantitatem Sportularum definire, ſi fortè immoderatæ appareant, prout habet Conſtitutio Provincialis Bavarica *Lib. IV. Tit. I. Artic. 3.* ibi: Als Uns auch klagend vorkommen, wie bey etlichen Handwerckern, die Meiſter, ſo ihnen ein Lehr-Junge angedinget würde, nicht allein ein unmäßig Lern-Geld fordern, ſondern auch den Lehr-Jungen mit unziemlichen Auffding-Geld, auch Zehrung beſchwehren, dadurch denn offtermals tauglich geſchickte Knaben, ſolcher Ubernahme halben, von dem Handwercke abgehalten werden. So iſt demnach Unſer ernſtlicher Befehl, Wille und Meynung, daß die Obrigkeit jedes Orths bey den Handwerckern, da man ſonſten Lehr-Geld giebt, ein leidentliches und gebührliches Lern-und Auffding-Geld beſtimmen, aber die Zehrung bey Auffdingung oder ledig zehlung, bey unnachläßiger Straffe gantz und gar abſchaffen, ſolche auch nicht geſtatten ſollen, obgleich der Lehr-Junge ſeine Eltern oder Vormünder dieſelben unerfordert thäten anbieten.

423 * *Reſeratione arcæ.* Uti habet Fürſtliche Schwartzburgiſche Gehriſche Bader-Ordnung *Artic. 8.* Verb. Und ſoll der Junge, wenn er es vier Wochen vorher verſuchet, wie bräuchlichen, und Beliebung dazu hätte, dem Meiſter auch anſtünde, der Innung zuvörderſt ſeinen Geburths-Brieff untadelhafft in die Handwercks-Lade einlegen, darauff gegen das gewöhnliche Geld, als nemlich 20. Gülden und ein gut überzogen Bette und Küſten auffgedungen und eingeſchrieben werden, bey der Auffdingung ſoll ein Lehr-Junge 2. Gülden halb der Herrſchafft und halb in die Lade, ferner 12. Groſchen Schließ-Gebühr und 2. Groſchen Forder-Gebühr, item 2. Groſchen Schreib-Gebühr dem Handwerck erlegen.

424 * *Potui.* Id quod ſtylo opificiario Zehrung appellatur; Verum & hæ ſportulæ moderandæ veniunt. Fürſtliche Sächſiſche Gothaiſche Landes-Ordnung *Part. II. Cap. 3. tit. 38.* ibi: Weilen auch, wenn man die Lehr-Jungen mit unziemlichen Auffding-Geld und Zehrung, bey deren Auffnehmung beſchweret, dadurch viele von Handwercken abgeſchrecket werden, ſollen die Obrigkeiten, Beambte, und ſonderlich die Räthe in denen Städten, fleißige Auffſicht haben, daß die Meiſter und Handwercke hierinnen niemand zur Ungebühr beſchwehren.

* *Acce-*

* *Acceptat.* Circa effectum initiationis adhuc quæritur; An tiro in diſciplinam 425
traditus pro abſente reputandus ſit, poſito ſcilicet, quod extraneo ſeu forenſi fuerit traditus? Et certè, cum commoratio tironis, quæ fit apud magiſtrum, doctrinæ & inſtitutionis cauſa, non inducat animum perpetuo ibi commorandi; Satis patet, quod in iſto loco forum quidem ad tempus ſortiatur in eo judicio, ubi magiſter ejus poteſt conveniri, tanquam unus ex familia heri ſui magiſterialis; At vero non poteſt dici domicilium conſtituiſſe, ac per hoc translationem aliquam feciſſe, vel mutaſſe domicilium originis ſuæ. Confer. Struv. *Synt. Civ. Exerc. IX. Th. 30.* Ut hinc rectè dicendum ſit, eos tempore ſpatii doctrinalis, pro *abſentibus* in loco ſui domicilii ordinarii habendos eſſe. Et licet abſentia talis ſit voluntaria, tamen laudabilis eſſe cenſetur, ut ideo cœteris concurrentibus, cauſam reſtitutionis in integrum præbere poſſit, ſi forte talis tiro intermedio illo tempore læſus appareat. In reliquis vero cauſis quæ jus domicilii concernunt, eos *præſentes* cenſeri exiſtimo, uti ſunt jura ſucceſſionis, & ſubjectionis civitatis originariæ. Atque huc collimare poteſt *l. 20. §. 6. ff. de Inſtrum. leg.* ibi: *Pamphila libertæ meæ dari volo fundum Titianum cum inſtrumento, & his, quæ in eodem erunt, cum moriar; Quæſitum eſt, ſi Stichus ſervus ex eo fundo ante annum mortis teſtatoris abductus eſt, & in diſciplinam traditus, poſtea in eum fundum non reverſus ſit, an debeatur? Reſpondit, ſi ſtudendi cauſa miſiſſet, non quo (ut) à fundo aliorſum transferat, deberi.* Ex hoc proinde textu patet ſervum, doctrinæ cauſa traditum, nihilominus pro præſente & pro pertinentiis fundi legati habendum eſſe, ſi non eo animo abduxerit, ut alibi perpetuo manere, & aliorſum penitus translatus eſſe debeat. Ut hinc pari modo argumentum ad tirones deduci queat.

§. IIX.

Ad Accidentia reliqua pertinet CAUTIO, quam à pueri cognatis 426
aliqui artifices exigunt: Cujus notetur tum Objectum, tum modus ſeu forma. Illud, ſunt pericula, quæ metuunt à Pueris Magiſtri, adverſus quæ ſtudent eſſe ſecuri: Eſt enim cautio, ſecuritatis præſtatio: Securitas 427
præſupponit periculum. Quale igitur ac quotuplex hoc eſt, talis ac totuplex erit & illa. Unde patet, Periculum ſimul eſſe cauſam moventem cautionis, ac ſecuritatem eſſe cauſam finalem: nec involvere, unum idemque duplicis cauſæ vicem ſubire. Eorum quæ Magiſtri metuunt, primum eſt 428
Fuga pueri, qua ſe diſciplinæ ante tempus ſubducat. *v. Art. IX. §. 7. Intereſſe* autem in eo vertitur tum *Magiſtri*, tum ipſius adeò collegii. Illius quidem, 429
cui forſan reſiduum didactri à parentibus negabitur; Cui forte Collegium

negabit licentiam ſurrogandi alium: Cui forſan non alii parentes committent ſuos liberos erudiendos, tanquam homini auſtero & ad docendum inepto: Cui denique decedit commodum ex operis pueri, annis po-
430 ſterioribus magis æſtimandis. *Collegii* verò, Ne puer, hauſtis potioribus ad artem pertinentibus, aliquo ſe conferat, ubi turbare eos poſſet, möcht Ih-
431 nen durch Pfuſchen Eingriff thun. Alterum quod Magiſtri metuunt periculum, Furti eſt; quia non ſolùm inſtrumenta, ſed & materia transformanda illis committenda ſunt; aſt hæc, ſive propria ſit Magiſtri, ſive ab aliis ipſi commiſſa, ipſius periculo eſt, & actione locati ad ejus reſarcitionem tene-
432 tur. Denique & damnum metuunt, quod inferre iis poſſet tyro, dum operatur & materias transmutat. Verùm, iſthuc trahendam non putarem cautionem; quia ſciebat Magiſter ejusdem profectus & induſtriam: imputet E. ſibi, quod crudo committebat. Niſi adultior jam erat, & talis cui
433 committi poterat, & qui hæc callere debebat. Ad modum pertinent ſpecies cautionum; Fidejuſſoribus autem præſtandæ. Sic Marſupiarii *ſtatutorum Artic. 3.* binos fidejuſſores requirunt, qui pro puero de ſpaciis doctrinæ abſolvendis caveant. Similis cautioni proceſſuali, qua promittitur de Permanendo in judicio usque ad terminum litis. §. *2. I. de Satisdat.* quadrat huc elegans illa formula Aconventationis, facta per Patremfam. cum Sutore, de docendo filium artem ſutoriam, addito fidejuſſore: quam repræ-
434 ſentat Petrus Dominicus de Muſſis JCtus Italus *Tractatu Formularium & inſtrumentorum* editionis Venetæ 1559. hujus tenoris: In nomine Domini, Amen &c. Petrus &c. filius quondam Laurentii, habitator S. Pauli, Epiſcopatus Placentiæ, confitens ſe majorem 25. annis eſſe, in omnibus & ſingulis infra ſcriptis, ex una parte: & Magiſter Martinus &c. Calzolarius, civis Placentinus ex alia parte: Sponte & ex certa ſcientia, & non aliquo errore juris vel facti, ducti, & alias omnibus jure, via, modo & forma quibus & prout melius potuerunt & poſſent, & fieri & eſſe poſſit, ad infra ſcripta pacta & conventiones, & ut infra devenerunt & deveniunt, ut infra, videl. quia dictus Petrus aconventavit & ex pacto ſe poſuit ad ſtandum & habitandum pro diſcipulo cum dicto Magiſtro Martino, ad diſcendum & operandum artem calzolariæ, usque ad duos annos proximè futuros, promittens & promiſit ipſe Petrus eidem Magiſtro Martino præſenti & ſtipulanti & recipienti pro ſe & heredibus ſuis perſeverare, & continuè morari cum dicto Magiſtro Martino usque ad dictum terminum, & omnia & ſingula juſta, licita & honeſta, quæ dictus M. Martinus in arte & exercitio prædictis eidem præcipiet & fienda fuerint, fideliter & ſtudioſè faciet & operabitur, & ipſi

& ipſi Magiſtro Martino erit fidelis & obediens, & ejus bona & cujuscunque alterius perſonæ, quæ penes ipſum Magiſtrum Martinum pro tempore erunt, & bona fide cuſtodiet, & ſalvabit & furtum aut fraudem aliquam non faciet nec committet, nec volenti facere conſentiet, ſed quam citius poterit & ſciverit, illud eidem Magiſtro M. manifeſtabit. Nec diſcedet à dicto M. M. durante tempore & termino dictorum duorum annorum; & ſi ab eo diſceſſerit durante termino prædicto, infra octo dies tunc futuros redíet, & tot dies reficiet & emendabit in dicta arte & exercitio poſt completum dictum terminum, ad omnem voluntatem dicti M. M. quod ipſe ſe ſubtraxerit in termino prædicto contra voluntatem dicti M. M. & ipſum Magiſtrum Martinum & ejus bona, & heredes indemnem, indemnes & indemna conſervabit ab omnibus & ſingulis, quæ per ipſum Petrum ſeu ejus culpa & fraude commiſſa fuerint, in & ad præjudicium dicti M. Martini. Et ibidem continuò Franciſcus &c. Patruus dicti Petri, filius quondam Antonii, habitator dicti loci S. Pauli, precibus & mandato dicti Petri & ad ejus inſtantiam & poſtulationem, & pro eo promiſit & fidejuſſit, etiam Sciens in aliquo ſe non teneri ad prædicta, & ſe principaliter & in ſolidum obligavit eidem Magiſtro M. præſenti, ſtipulanti & recipienti, quod ipſe Petrus omnia & ſingula, de quibus ſupra, attendet & obſervabit, & ipſum M. Martinum & ut ſupra indemnem conſervabit, ut ſupra & prout ſupra. Alioqui promiſit & promittit eidem Magiſtro Martino præſenti, ſtipulanti & recipienti, ut ſup. de ſuo proprio ære ſatisfacere, & ipſum indemnem conſervare ab omnibus quæ per ipſum Petrum ſeu ejus culpa & defectu commiſſa fuiſſent in & ad præjudicium dicti M. Martini, omni exceptione & contradictione penitus remotis. Dictus v. M. Martinus per ſolennem ſtipulationem promiſit & convenit, eisdem Petro & Franciſco præſentibus, ſtipulantibus & recipientibus, ipſum Petrum in ejus domo tenere, & ipſum paſcere & nutrire, durante dicto termino dictorum duorum annorum, & ipſum bona fide & fideliter docere & inſtruere, die noctuque in dicta arte calzolariæ, pro poſſe ſuo, omni dolo & fraude ceſſantibus, & in fine dictorum duorum annorum dare & tradere ac ſolvere eidem Petro paria duo ſotularium & libras quinque denariorum Placentinorum, omni exceptione & conditione remotis. Quæ omnia & ſingula ſupraſcripta, & in præſenti inſtrumento contenta dictæ partes, ac etiam ipſe Franciſcus, per ſolennem ſtipulationem promiſerunt & convenerunt ſibi viciſſim, atque corporaliter manibus tactis ſcripturis juravit ipſe P. perpetuò, & perpetuis temporibus firma, rata & grata habere, tenere, attendere & efficaciter adimplere

 & ob-

& obſervare, & non contravenire vel contrafacere per ſeſe vel alium, de Jure vel de facto, aliqua ratione vel cauſa, tam ratione minoris ætatis, quam aliter vel aliquo modo, caſu vel jure, ſine ullo legum vel decretorum ſeu reſcriptorum auxilio; nec aliter, in pœna & ſub pœna Libr. X. denariorum Placen. toties committenda & exigenda, quoties in prædictis vel aliquo prædictorum fuerit contra factum ſeu etiam contraventum. Qua commiſſa ſoluta vel non firma & rata maneant omnia & ſingula ſupraſcripta, cum eadem ſtipulatione pœnæ. Pro quibus omnibus & ſingulis attendendis & firmiter obſervandis, dictæ partes dictis nominibus obligaverunt ſibi viciſſim pignori, omnia ſua bona præſentia & futura, renunciando in prædictis, quilibet prædictorum ſingula ſingulis congruè & debitè referendo Legi, dicenti: Principalem Fidejuſſorem prius conveniendum; & aliæ dicenti: ubi ſunt duo vel plures Rei debendi, quemque pro rata fore conveniendum, & Authenticæ de duobus reis debendis; & de Fidejuſſoribus, & omni novæ ac veteri conſtitutioni & exceptioni prædictorum, & rei non ſic vel non utiliter geſtæ, & exceptioni doli, conditioni indebiti, conditioni ſine cauſa vel ex injuſta cauſa & actioni in factum & de dolo, omnique exceptioni, defenſioni & juri, ac legum auxilio, quæ poſſet opponi, & legi, dicenti: generalem renunciationem non valere. Et de prædictis dictæ partes rogaverunt me Notarium, ut inde publicum conficiam inſtrumentum, *huc uſque de Muſſis.*

ANNOTATIONES.

435 * *Cautio.* Quantitas hujus cautionis variat, pro diverſis Collegiorum Statutis. Nec illa ſtatim committitur, poſtquam fuga ſe proripuit tyro, ſed certum ſpatium ipſi indulgere ſolet, ut admonitus vel pœnitentia ductus revertatur, & redeat ad ſuum officium; Et ita tyro fugitivus differt ab errone arg. *l. 1. §. 1. ff. de fugitiv.* Quod ſi vero tale ſpatium elapſum fuerit, nec tamen redierit, pœna de cautione deſumi ſolet, quæ tum magiſtro ad compenſationem ſui intereſſe, tum Collegio Opificiario, vel etiam Magiſtratui ex parte ſolet exſolvi. Declarat id ipſum Weißgerber-Ordnung in Terris Electoralibus Saxoniæ, confirmata à Johanne Georgio II. Electore Saxoniæ de dato Dreßden den 15. Junii 1661. *Artic. 3.* ibi: Wie denn erſt vorgedachte Lehr-Jungen, welche bey des Roßler-oder Reiniſchen Handwercks-Meiſtern auffgenommen werden, ein jeder um 30. Gülden, ſich zu verbürgen ſchuldig ſeyn ſoll. Daferne nun der Reiniſchen Seiten, ſeine Jahre nicht ausſtehen, ſondern in ſolcher Zeit ohne erhebliche Urſachen, vom Meiſter entlauffen, und ſich innerhalb Monaths-

naths-Friſt bey ſeinem Meiſter nicht wieder einſtellen würde, dem Meiſter jedes Orths, allda die Verbrechung geſchehen, und der Junge entlauffen, 20. Gülden Straffe dergeſtalt verfallen ſeyn, daß er 10. Gülden (davon 1. Gülden denen Armen in Gottes-Kaſten gegeben werden ſoll, ſo wohl die übrigen 9. Gülden in die neue Articuls-Laden, und die andern 10. Gülden in die alte Handwercks-Laden zu geben ſchuldig und verbunden ſeyn: Würde ſichs auch zutragen, daß auff der Rößler Seiten ein Lehr-Junge gleichfalls von ſeinem Meiſter ohne genugſame Urſache entſpringen, den Abſchied hinter der Thür nehmen, und ſich in ſolcher Zeit, wie oben bey denen Rheiniſchen Meldung geſchehen, auch nicht einſtellen würde, ſoll er nicht minder dem Meiſter 20. Gülden zur Straffe erlegen, dergeſtalt daß 10. Gülden in die neue Articuls-Lade, die andern 10. Gülden aber, daß die Meiſter 9. Gülden davon zu verzehren haben, und der zehende Gülden denen Armen in Gottes-Kaſten gegeben werden ſollen. Darüber ſich beyderley Meiſter verglichen, daß ein jeder Meiſter er ſey Reiniſch oder Rößler, Jahr und Tag, wegen des entlauffenen Jungen in Ruhe ſtehen, nach Verflieſſung deſſelben ſoll er befugt ſeyn, einen andern Lehr-Jungen anzunehmen, und das Handwerck zu lernen.

436 * *Magiſtri.* Intereſt præterea Magiſtri propter præſtationes pueri, ſiquidem iſti, juxta Statuta Collegiorum, quandoque tali caſu incumbunt præſtationes, quæ à puero Cameræ Principis faciendæ ſunt. Ita habent Statuta Fabrorum ſoleariorum Cizenſium *Artic. VII.* ibi: Da auch der Lehr-Junge aus ſeinen Lehr-Jahren entlieffe, ſo ſoll der Meiſter, was in die Cammer gehörig, und die Handwercks-Gebühr ſelbſt erlegen. Definiuntur autem præſtationes illæ verbis antecedentibus ejusdem Articuli: Ein Lehr-Junge ſoll hinfüro in Unſere Stiffts-Kammer einen halben Gülden, in die Handwercks-Lade aber 12. Groſchen geben. Unde pro cautela notabit Magiſter, ut puer maturè ſolvat, ne onus tale in magiſtrum devolvatur.

437 * *Fuga pueri.* Juxta Statuta nonnullorum Collegiorum, Magiſter opificii tyronem, qui ante tempus doctrinæ elapſum, ſine juſta cauſa diſceſſit, non tenetur denuo recipere, etiamſi Collegium delictum condonare velit, niſi prius nova facta aconventatione. Uti declarant Statuta Collegii Piſtorum Francken-huſanorum de dato den 30. Maji. 1695. ibi: Hergegen aber der Meiſter, wenn der Lehr-Junge böſzlich entlieffe, ſelbigen hinwiederum anzunehmen, nicht verbunden, ſondern da ihm je das Handwerck ſolchen Fehler überſehen wolte, er aufs neue ſich auffdingen laſſen, und der ausgeſtandenen Lehr-Zeit nicht genieſſen ſolle.

* *Furti.*

438 * *Furti.* Tenentur autem fidejuſſores pueri, propter furtum ab eodem commiſſum, non tantum ratione damni dati; Verum etiam ratione pœnæ pecuniariæ, quæ propter fugam in ærarium opificiarium eſt inferenda. Uti declarant Privilegia Tonſorum, panni Sileſiacorum *Artic. XXVII.* ibi cavetur: der Lehr-Junge iſt ſchuldig drey Jahr an einander zu lernen, und zweene Bürgen zu ſetzen, daß er in ſeiner Lehr-Zeit getreu und beſtändig ſeyn wolle. Würde er aber binnen der Lehr-Zeit, aus waſerley Urſachen es auch geſchehe, davon gehen, abtreten und entlauffen; Sollen ſeine Bürgen dem Handwerck in die Lade 10. Thaler erlegen, und da er etwas entfrembdet, oder ſonſt muthwillig Schaden gethan hätte, daſſelbe überdiß zu gelten verbunden ſeyn.

Cap. VIII.
de
Monomathidia.

Conſpectus.

Relatio inter magiſtrum & tironem declaratur. n. 439. & ſeqq.
Exemplum pactorum inter magiſtrum & tironum refertur. n. 445.
Receptio ſolitaria eſt uſitata. n. 446.
Tum quoad magiſtrum. n. 447. 448.
Tum quoad pueros. n. 449.
Rationes hujus adduntur. n. 450. & ſeqq.
Limitationes traduntur. n. 454.
Polimathidia ſucceſſiva licita. n. 455.
Quando puer intra doctrinæ tempus aufugerit, an alium liceat aſſumere, diſquiritur. n. 456. & ſeqq.
Quoties liceat reiterare ſcholas tirocinii notatur. n. 467.
Diverſa fatalia interſtitii doctrinalis recenſentur. n. 468.
Pœna anticipati fatalis illius ſpatii. n. 469.

§. I.

439 Atque hæc fuerunt præliminaria: Sequitur ipſe STATUS Puerilis; qui *conſiſtit* (1.) *in* quadam inter Puerum & Magiſtrum *relatione.* Quæſtio Domitiana eſt: Gallina prior fuerit, an Ovum? Pari ratione diſputari poſſet; Ecquid Magiſter in arte prior fuerit, an Puer? Pro Magiſtris mili-

militare videtur proverbium: Ovum gallinam! Daß doch das Ey immer will klüger ſeyn als die Henne. Hoc innuens: Ova ex gallinis eſſe, has ad 440
illa parienda, ad pullos excludendos ferri: Ova autem nullo affici ſenſu, & ſi à gallinis deſerantur, putreſcere, atque nihil inde naſci. Ita Magiſtri feruntur ad transplantandum artes ſuas in alia ſubjecta, ab his diſcere oportet pueros, E. ſunt Magiſtris poſteriores. Nam, unde hic artem didicerit, ſi non à Magiſtro? nemo enim Magiſter naſcitur. Es wird keiner kein Meiſter gebohren. Verſa vice: quod Magiſtri ſint pueris poſteriores, ex 441
eo ipſo fluere videtur, quod ſi Magiſtri non naſcuntur, ſed fiunt, ſanè ex Pueris fiunt, & puerorum ſtatus Janua eſt ad opificia: Status Sociorum gradus eſt, per quem ad Magiſterium adſcenditur. Facit itidem aliud proverbium: Viros omnes pueros fuiſſe, Es ſeyn alle Kühe Kälber geweſen/ quo adſcenſus ad faſtigium per gradus innuitur. Item: Longam exercitationem facere Magiſtrum: aliter: Uſus facit artem; Uſus artem perficit. 442
Nec enim omnia diſcimus à Magiſtro, ſed ſua cujusque ſagacitas & induſtria cum experientia conjuncta, Magiſtrum facit. Unde dicere aſſolent Opifices: Was ich nicht erlernt hab / das hab ich erwandert. Dantur enim & 443
Autodidacti, qui nullo præeunte Magiſtro artem didicerunt: uti ante annos triginta & ulterius retro hic vivebat horologiorum architectus, Asman dictus, qui ex tyrone ſcriniario talis evaſerat, ea occaſione dum adſcendens turrim, campanarum & horologii inſpiciendorum gratia, primum è ligno tentavit, ſucceſſu temporis & negocii, ex metallis perfecit horologia. Quidquid tamen horum ſit, Magiſter & Puer ſunt Relata, 444
quæ ſe mutuo ponunt & tollunt; & in tali ſtatu tunc ſimul cœperunt, quando collegia, ſtatuta & privilegia ſunt orta. Nam Relata ſimul ſunt, ſimul deſinunt. Nos interea ordinem naturæ ſecuturi, à pueris auſpicabimur, tanquam ſeminario omnium artium & artificum, denique & collegiorum.

ANNOTATIO.

* *Relatione.* Hæc præterea inducitur per varia pacta, quæ inter magiſtrum & 445
tironem inſtitutionis ejusve Parentes, cognatos aut alios intercedere poſſunt; Cujus pacti exemplum exhibet Struv. *in Deciſ. Opiſiciar. deciſ. XLII.* ibi: In Nahmen der Heiligen, Hochgelobten Dreyfaltigkeit, Amen. Zu wiſſen ſey es hiermit, denen es zu wiſſen vonnöthen, daß end-geſetzten Tages zwiſchen Herrn Baſilius Warlitz, Raths-Verwandten und Handelsmann in Halle / an einen, und Herrn Johannes Beyern von Schaffhauſen, anietzo in Schwabach, wegen ſeines Sohns Johann Conrad Beyers an andern Theil, ein richtiger

tiger und unwiederrufflicher Vergleich, auff folgende Weiſe abgeredet und verfaſſet worden; Es hat gedachter Herr Johannes Beyer, ſeinen Sohn Johann Conrad Beyern zu gemeldten Herrn Baſilius Warlitzen auf ſechs Jahr, als von Leipziger Oſter-Meſſe 1679. biß 1685. verſprochen zu einen Handels-Jungen, hernach auff ein Jahr biß 1686. für einen Handels-Diener zu dienen, um gebührendes Salarium: Hieneben der Junge ſeinen Herrn Principalen folgende Puncten treulich und fleißig zu halten verſprochen.

1.) Daß er ſeinem Herrn, dem er untergeben iſt, ſolche Zeit getreu und fleißig dienen, zuförderſt GOtt und ſein Wort lieben, eyfrig beten, zur Kirchen gehen, und das Chriſtenthum erbauen, alſo in allen getreu und gehorſam ſeyn, ſich gottesfürchtig, züchtig, erbar, friedlich und beſcheidendlich mit Worten und Wercken erzeigen, ſich keines Gehorſams, Mühe, billigen Arbeit und Auffwartung äuſern noch beſchweren, ſondern in allen ehrlichen Sachen, in Handel, Haußhaltung und ſonſt ſich willig brauchen laſſen, ſeinen Handel und Gewerbe, nahe oder ferne, wie es die Gelegenheit erfordert, mit Kauff- und Verkauffen befördern. Seine Schulden gütig und nach Nothdurfft ernſtlich einmahnen, ſeine Geſchäffte an allen Orten mit allen Fleiß, nach beſten Verſtand und Vermögen, als ſein eigen betreffend, treulich ausrichten, in allen Dingen, und daß er der Handlung ſeinen Nutzen und Frommen ſchaffen und fordern, Schaden und Nachtheil aber überall verhüten und vorkommen halten ſolle und wolle. Da er bey ſeines Herrn Dienern, Jungen oder Geſinde, in Handlung Untreu verſpürte, ſolches ſobald ohne Scheu anzeigen und entdecken.

2.) Soll er weder ſeines Herren Geld noch Waaren aus dem Gewölbe, ohne deſſen oder der Seinigen Wiſſen und Willen leihen, verborgen noch ſchencken, auch das geringſte vor ſich nicht entwenden, ſondern alles deſſen, was ſeinem Herrn, oder denen er untergeben iſt, mißfallen mag, ſich enthalten, und um allen böſen Verdacht zu verhüten, ſein eigen Geld nicht bey ſich halten, ſondern ſo bald ihm etwas zugeſandt, geſchenckt oder vor Tranck-Geld verehret würde, ſolches ſeinem Herren, oder deſſen Hauß-Frauen biß zu nöthiger Ausgabe einhändigen, und davon beſcheident abfodern, die Ausgaben aufſchreiben: In wiedrigen Fall ſolches alles ſeines Herrn beliebiger Diſpoſition heimgefallen ſeyn ſoll.

3.) Verpflichtet er ſich, ſolche ſechs Jahr vor Junge, und das ſiebende vor Diener, bey ſeinem Herrn zu bleiben, und vor Ausgang derſelben nicht auffzuſtehen, noch den Dienſt auffzuſagen, weniger ihme zu beurlauben, Urſach zu geben, aber ſein Herr oder die Seinigen, denen er untergeben, haben jeder-

jederzeit Macht und Gewalt, aus erheblichen Urſachen, auf verſtändiger unpartheyiſcher Handels-Leute Ausſpruch und Erkänntniß ihme zu beurlauben, jedoch ſoll er ohne Vorwiſſen ſeiner Eltern oder Verwandten nicht abgeſchaffet werden.

4.) Soll er alles Spielens, Völlerey, böſer Geſellſchafft, Fluchen, Gotteslāſterens, Plauderey und Gewäſches, auch aller anderer unverantwortlichen unehrlichen Stücken, die ſeinem Herrn oder denen Seinigen nachtheilig oder ſchimpfflich ſeyn, auch einen GOtt und ehrliebenden Knaben übel anſtehen, ſich gäntzlich enthalten.

5.) So aber über Zuverſicht, in ſolcher Zeit, welches GOtt lang verhüte, ſein Herr mit Tode abgienge; Soll er deſſen hinterbliebenen Erben, oder denen, ſo die Handlung führen würden, alles, was hierinnen verſprochen, gleichfalls ohne Wieder-Rede treulich leiſten und handeln; da hingegen die Handlung in der Zeit gar auffgehebt und casſiret würde, ſollen und wollen ihm deſſen Erben gebührenden Schein ſeines verhoffenden Wohlverhaltens, mit fernerer Recommendation ertheilen.

6.) Soll er Schreib-Stube und Gewölbe wohl verwahren, zu rechter Zeit auff- und zuſchlieſſen, neben vorhandenen Waaren, rein und ſauber halten, und ohne ſeines Herrn Erlaubniß, weder an Sonn- Feyer- noch Werckel-Tagen, vielweniger des Nachts, nicht aus dem Gewölbe noch Hauſe gehen: Sondern ſeines Dienſtes und Beruffs allezeit abzuwarten ſchuldig ſeyn, auch weder in Kauffen noch Verkauffen keinen Betrug, Vortheil noch eignen Nutzen, unter was prætext es geſchehen könne, zu ſuchen, ſich unterſtehen.

7.) So ihm ſein Herr in Schuld-Einmahnungen oder andern Geſchäfften über Land ſchickte, ſoll er ihm ſolches fleißig angelegen ſeyn laſſen, über gebührende Zeit nicht auſſen bleiben, mit den Schuldnern nicht zechen, noch ſeines Nutzens halber bey ihnen zehren oder herbergen, ſondern ehiſt möglich ſich wieder nach Hauſe begeben, auch überflüßige Zehrung, Unkoſten und Verſäumniß verhüten.

8.) Gelobet er vor Ausgang der 7. Jahren ſich zu keinen andern Herrn in Halle, der mit gleichen Wahren handelt, zu verſprechen, es geſchehe denn mit ſeines Herrn guten Wiſſen und Willen. Auch deſſen Handel und Geheimniß durch unnützes Geſchwätz, weder aus dem Hauß noch aus dem Gewölbe in geringſten niemand zu offenbahren, ſondern bey ſich verſchwiegen zu behalten, auch nach verfloſſenen ſieben Jahren keine Handels-Dienſte allhier anzunehmen, biß er vorhin ein Jahr ſich anderwerts auffgehalten.

9.) Soll er ſchuldig ſeyn ſeines Thuns und Verrichtens, in Einnahm

und Ausgaben, ſo offt es begehret wird, ohne Ausreu und Ausflucht gute richtige Rechnung zu thun, bey niemand Verdächtigen keinen Unterſchleiff ſuchen, unter was Vorwandt es geſchehen mögte, ſondern ſich alſo erzeigen, daß ſein Herr mit ihm wohl zu frieden ſeyn könne.

10.) Endlich wenn ſich genannter Conrad Beyer alſo gottesfürchtig, züchtig, erbar, friedlich und beſcheiden, nach obbeſchriebenen Punctis verhalten wird, als einen rechtſchaffenen ehrliebenden Knaben wohl anſtehet, ſo will ihm ſein Herr die ſieben Jahr über, ehrliche nothwendige Kleidung, und Weißgewandt, Koſt und Bett-Lager verſchaffen, daß er daran keine Klage noch Mangel haben ſoll, wie auch bey vorfallenden Kranckheiten, ſonderlich in Peſt-Zeiten, dafern er ſich nicht ſelbſt verwahrloſet, mögliche Mittel, Hülff und Rath geben, und jährlichen 2. biß 3. mahl in nechſt-befindlichen Reformirten Kirchen zur Heil. Communion zu reiſen, geſtatten. Vor das ſiebende Dienſt-Jahr aber, ſich um ein billiges Salarium mit Ihme vergleichen.

Welches alles und jedes, er Johann Conrad Beyer, bey ſeinen wahren Worten, Treu und Glauben, fleißig und treulich, als einen gehorſamen auffrichtigen und ehrliebenden Knaben geziemet und wohl anſtehet, zu thun und zu halten mit Hand und Mund verſprochen und angelobet, auch zu deſſen beſtändiger Verſicherung ermeldter ſein Vater Herr Johannes Beyer, auff ſeines Sohns demüthiges Bitten, mit Verbürgung und Einſetzung vier hundert Thaler verſprochen und gut geſaget, zu dem Ende ſo viel ſeines Haabs und Gutes zur hypothec verſchrieben; dergeſtalt, daß in Fall gemeldter Jung wider dieſe Verſchreibung boßhafftig oder untreulich handeln würde, ſeinen Herrn Principalen erlaubet wäre, den Jungen neben den, was er bey ſich hätte, wenn es der Sachen importantz erfordert, ſo lang, biß er der boßhafftigen und vorſetzlichen Untreu überwieſen, und der muthwillig zugefügte Schaden für Augen gelegt, arreſtiren, und auffhalten zu laſſen, biß auf unpartheyiſch- und verſtändiger Handels-Leute oder der Obrigkeit Erkänntniß, die Sache gebührend unterſucht, und nach richtiger Liquidation, der zugefügte Schaden, oder Abtrag von des Jungen obbemeldten Herrn Vater gebührend erſetzt und gut gethan worden; Alles getreulich ohne Argeliſt und Gefehrde, damit nun dieſes zumahl deſto gewiſſer, beſtändiger, kräfftiger und unumſtößlicher ſey, iſt dieſer Contract doppelt zu Papier gebracht, und von mir Baſilius Warlitzen und denn von mir Johannes Beyern als verobligirten Jungen mit unſern gewöhnlichen und angebohrnen Petſchafften bekräfftiget, auch mit eignen Händen unterſchrieben, davon jeder Theil ein Exemplar in Verwahrung genommen. So geſchehen in Halle den 31. Octobr. 1679.

§. II.

§. II.

Deinde conſiſtit Status *in Paſſione* quadam ac receptione, Artis ſcil. ac 446
diſciplinæ, tum informationis tum correctionis ſeu caſtigationis *v. Art. X.
§. 1.* ac denique famulitii. *Status*, quantum ad artem percipiendam, hoc
requirit, ut ſit *Quantus* & ut *Continuus*. Quantitatem intelligimus Nume-
ri, tum ſubjectorum ſeu Perſonarum, tum annorum exantlandorum. Per- 447
ſonas quod attinet, non niſi ſinguli Magiſtri docent, ac nemo niſi unum
agnoſcit Magiſtrum, à quo etiam conſequitur miſſionem atque artis teſti-
monium: quanquam multa ſuperſint inter peregrinandum addiſcenda:
quia id ad artificii perfectionem atque complementum refertur. Et, ſi bi- 448
norum Magiſtrorum cohabitationem fingere velis, alibi tamen audies, quod
mores opificiarii eam non admittant. Aut ſi ſocietatem admittamus, ta-
men unum ſaltim repræſentabunt, quia pro indiviſo operarentur. Adde
quod & tunc opus futurum ſit, ut unus puero detur informator. Sicut
apud Typographos ſervatur, ut pluribus in eadem officina boëthis licet ex-
tantibus, uni tamen ex illis puer docendus committatur, daß der ihn an-
führe. Sc. quia res communes facile deſeruntur: multitudo imperantium
Cariam perdidit. Sic & de Puerorum numero & cumulatione notandum, 449
quod non ut in aliis, ita & in Opificum Scholis plures una docere liceat, ſed
regulariter ſolum ſingulos: uti eſt inter Statuta Piſtorum *Artic. 6.* Es ſoll
auch kein Meiſter mehr als einen Lehr-Knecht auff einmahl auffnehmen. Ne- 450
que ratio etiam aliter admittit, aut opificiorum ſtatus & opificum conditio.
Nam (1.) non niſi ſinguli Magiſtri ad furnum ſuum docent, E. neque angu-
ſtia ſpacii, nec curta ſupellex inſtrumentorum plures admittit diſcipulos,
aut (2.) alter alteri futurus impedimento, atque operante ſuo feriari tene-
buntur cœteri. Neque (3.) tam præceptis quam exemplis docetur, atque
manus injectione, ut ita loquamur: es liegt alles am Handgriff. Unius igi-
tur Magiſtri officina tot operum efficiendorum capax haut futura, quod
ſuffectura eſſent diſcipulis ſingulis, ſi quisque unum elaborandum haberet;
Quinimo (4.) neque tot opera uni Magiſtro creduntur elaboranda, vor ei- 451
nen Meiſter kömmt alle Arbeit nicht. Neque (5.) commiſſurus facile eſſet
paterfam. qui ſciret, manu tyronis elaboratum iri opus ſuum: nec (6.)
tantæ forent unius Magiſtri facultates, ut opera venalia ſuis interea ſumpti-
bus confici curare queat, daß er könt uffn Kauff arbeiten laſſen. Et ſi vel
maximè (7.) periculum hujus rei faceret, exiguo tamen ſuo futurum eſſet 452
lucro, quod à manibus tyronum nulla elegantia, & conſequenter parvus
applauſus ſperandus ſit, cum tamen emptores oculiferiis ſint alliciendi. Et,

 quale

quale pretium poſiturus eſſet operibus à tyronibus confectis? aut ſi dicas: ultimam Magiſtri limam defectus ſupplere poſſe; ſanè duplicabitur Magiſtro labor. Ut damnum taceamus, quod ab indocta Tyronum manu & ex corruptione materiarum proveniret. Et, (8.) quod palmarium in hac re eſt, Tantum ex diſciplinatione & doctrina gregali ad unum redundare, non permittent cœteri, qui nec ſingulorum docendorum reiterationem intra ſexennium indulgent. Facilè etiam (9.) ditiores tenuioribus eripe-rent quæſtum, dum pluribus pueris mediocriter edoctis, in vicem boëthorum uſi, pluribus operis elaborandis & dominorum deſideriis explendis ſufficerent, omnes in ſe derivarent, zögen alle Kunden an ſich. Ac quorſum
453 quæſo (1.) olim tot Magiſtri, ſi ex una officina tot emitterentur diſcipuli? quæ Germaniæ Provincia, aut quod Imperium tam foret amplum, ut colonias caperet atque examina, ſi quod uni procederet Magiſtro, cœteri etiam arrogarent ſibi, jus ſcholarum publicarum & diſcipulorum gregatim docendorum?

ANNOTATIO.

454 * Lehr-Knecht. Idem in ſuis Articulis habent Sartores Cizenſes *Artic. 32.* ibi: Jeder Meiſter ſoll nicht mehr denn einen Jungen, oder zwey Geſellen und keinen Lehr-Jungen halten. Pelliones Jenenſes illud pœna prohibent *Artic. VII.* ibi: Es ſoll auch bey Buſſe zwey Gülden, ein Meiſter mehr nicht als einen Lehr-Jungen auff einmahl annehmen. Aliquando tamen præſtita certa mulcta opificiaria unum, adhuc tironem tempore præfinito nondum elapſo, ſuperinducere, permiſſum; Uti habet Tuchmacher-Ordnung zu Franckenhauſen, de dato den 14. Jan. 1670. *Artic. XII.* ibi: Kein Meiſter ſoll zugleich zweene Jungen halten, ſondern da er einen ausgelernet, ſoll er drey Jahr ehe er wieder einen andern annimmt, vorüber gehen laſſen. Dafern aber ein Meiſter binnen geſetzter Zeit, einen Jungen anzunehmen belieben trüge, ſo ſoll er ſolches mit 6. Gülden, welche halb Unſern Ambte und halb dem Handwercke heimfallen, zu vorher verſtraffen, und darauff den Jungen, wenn er ehrliches Herkommens iſt, anzunehmen, befugt ſeyn. Limitatur porro ſi ſpatium doctrinale tironis jam ultra dimidium tempus præterlapſum ſit; ita Stannarii Cizenſes *Artic. XII* ibi: Desgleichen zweene Jungen mit einander zu lernen, verboten, es hätte denn der eine Junge ſeine Lehr-Jahre halb ausgeſtanden. Præterea in numerum tironum non computantur in hac prohibitione liberi, uti eſt *loc cit.* Ein Meiſter aber mag ſeinen Sohn neben einen Jungen wohl auffnehmen und lernen, denique limitatur, ſi diſpenſatio & juſſus

juſſus ſuperioris accedat; Uti continetur in Articulis Buccinatorum confirmatis à Ferdinando II. Imperatore, *Artic. I.* prout refert Limn. *Addit. ad Jus Publ. L. III. Cap. X. n. 27.* ſequentibus verbis: Erſtlich ſoll ein ehrlicher Feld-Trompeter und Heerpaucker auff einmahl nicht mehr denn einen Jungen zu lernen Macht haben: Wenn es aber ſich begäbe, daß ein Fürſt oder Potentat an ſeinen Trompeter begehrte, neben dem, ſo er allbereit vor ſich ſelbſt hätte, noch einen oder mehr zu lernen, ſo ſoll es ihm erlaubt ſeyn.

§. III.

Atque vocamus hanc Monomathidiam, ſeu diſciplinam ſolitariam 455
atque individuatam ſeu ſingularem. Licita quidem eſt uni Magiſtro polimathidia ſucceſſiva, ſed non ſimultanea; & quidem per certam temporis diſtantiam, puta Sexennii; quod regulare eſſe ſolet & commune Mercatoribus cum Opificibus: Ac licet aliqui maturius emancipent diſcipulos, hoc tamen non proficit eis ad alium ſurrogandum intra ſpacium penitus effluxum, ſed cogitur expectare complementum temporis. Hinc quæſitum: 456
Quando puer intra tempus doctrinæ aufugerat, alium quæſiturus Magiſtrum, ſed priori reconciliatus ad ipſum rediit, qui tamen medio tempore mediaſtinum, einen Lohn-Jungen adſciverat: Utrum una poſſit utrumque retinere: An teneatur alterutrum; atq; utrum quidem expellere? Poſterius 457
non moribus ſolum, ſed lege ſcripta quoque cautum, Collegio Sartorum videbatur, atque eapropter contribuli ſuo expulſionem profugi, ſub pœna medii lapidis (eſt certum ponderis genus) ceræ ½ Stein Wachs injunxit: Et cum non obtemperaret, optionibus ſeu adjuvis ipſi interdixit. Senatus tamen ponderatis circumſtantiis id improbavit *14. Aug. 1676.* Cauſam 458
nim. ab hypotheſi ad theſin revocando, Quæſtio ſic formanda: Ecquid Magiſter, cujus tyro vel ægrotare incipit, vel aufugit, teneatur ejus ſellam relinquere vacuam, An verò integrum habeat, medio tempore alium, ſeu mediaſtinus ſit, ſeu Optio, in locum ejus ſurrogare? Collegium ſtat à parte poſteriori negante, & affirmat prius; Facitque pro ipſo, quod licet puer ægrotans aliquamdiu ceſſet, aut ſanus oberret in fuga, Didactrum tamen continuatur, das Lehr-Geld ſitzt noch vor Ihm uff den Stuhl. Adeoque nihil Magiſtro decedit, propter quod jure ſurrogatum quem velit. Pro Ma- 459
giſtro militat, quod cuilibet Contribulium ex ſtatuto & moribus liceat binas habere ſellas, & absque interruptione quidem impletas, allemahl zwey beſagte Stühle zu haben / optiones ambo, an ſolum alter eorum alter autem tyro ſient, non attento. Quod ſi E. in caſu priori contingat, ſocium ægro-

ſare

tare vel diſcedere, huic miſſo atque abdicato alium ſurrogare poteſt: Idem E. poterit caſu poſteriori: & quare Magiſtri, caſu præſenti morbi aut fugæ pueri, deterior foret conditio? Ad inſtantiam à Didactro deſumptam, Reſp.
460 (1.) id perpetuum non eſſe, quosdam enim gratis doceri. (2.) duo eſſe, quæ in quovis tyrone, etiam pro didactro docendum aſſumto ſpectet Magiſter, Didactrum videl. & operas, non tamen utrumque æqualiter, ſed has magis, Illud minus: quia ſc. in gratuitis remittit: attamen proliziorem ſtipulando diſciplinam, eleganter compenſare norunt, dum opera ultimi anni, æqualis eſt operæ boëthorum.
461 Fac igitur, in mercenariis, ſeu qui pro didactro docentur, Sedere iſtud juxta puerum in eadem ſella, fit tamen hoc ſaltem ad effectum exæquandi eum ſeu ejus operam Optioni, ſedenti in altera; adeoque neque didactrum absque puero, nec puer absque didactro venit æſtimandus; poſſet ille, ubi præſens eſſet, operari: Aſt hoc Didactrum efficere non poteſt.
462 Operæ autem ejus, utpote Sociorum operis viliores, ſolæ, non venient in conſiderationem; præſtantiores autem ab illo non expectabit Magiſter, neque opera magis artificioſa illi poteſt committere, Gute Arbeit kan Er auff einen Jungen nicht annehmen/ Ihm auch dergleichen nicht vertrauen: defectum E. hunc ſupplet didactrum: abſente autem plane puero, quid ſupplebitur? nihil omnino, vile aut nobile operatur.
463 Accedit & hoc, quod Didactrum magis pro primo detur anno, quo maximus in puero erudiendo labor eſt, & Magiſter per informationem pueri abſtrahitur ab operando: accipit E. didactrum, non pro toto doctrinæ ſpacio, ſed loco intereſſe illius anni. Altero anno incipit puer inſtar ſocii eſſe, ac paulò magis proficere Magiſtro: fac igitur, tum eum decumbere, ſanè tantum decedit Magiſtro opera ipſius, quantum alterius cujusdam ſocii:
464 Quod ſi ergo non liceret interim ſellam implere, ac deterioris eſſe conditionis cogeretur reliquis Magiſtris, ſociorum opera utentibus, Nemo poſthac puerum erudiendum aſſumturus eſſet. Inquias, Eſto; faxit! ita collegium obtinebit, ut decreſcente numero puerorum, pauciores quoque extituri ſint Magiſtri, excreſcet labor cœterorum, kriegeten die übrigen kaum deſto mehr/ und völlige Arbeit. Sed quo exitu? quo ſc. in nullos de-
465 nique reſolveretur Collegium. Quia tamen vel non capere ſolent hoc, vel ex invidia etiam hoc expectaturi erant, alia eſca alioque melle allici atque illini ſolent, ut videl. quilibet tyro ſub introitum Collegio aliquid, v. g. tres florenos, tanquam pro receptione atque immatriculatione perſolvere teneatur, ut tanto ſe ipſi præbeant faciliores: qui reditus, non admiſſis amplius tyronibus, etiam ceſſaturus eſſet: quare, dum captant unum, neceſ-

neceſſum eſt, admittant & alterum. Declaramus autem præceptum illud 466 monomathidiæ de Extraneis, ac limitamus in ipſorum Magiſtrorum filiis, quos etiam durante ceſſationis ſpacio, vel juxta cum aliis pueris docere licet. Idem ad illos extendunt Perarii, quibus ſpem ſaltim fecit doctrinæ Magiſter, Verſprechungs-Jungen. Conf. *infr. Artic. 9. §. 4. inf.*

ANNOTATIONES.

* *Succeſſiva.* Hinc porro quæritur; Quoties tyronem aſſumere licet magiſtro, 467 & ita ſcholas reiterare? Nimirum docere pueros eſt transplantare artem generatione analogica & morali. Quemadmodum ergo Parentibus, in matrimonio cæteroquin viventibus legitimus numerus generandorum liberorum definiri nequit, ita credas pariter nec magiſtro cæteroquin in Collegium recepto, & ſic legitimum ſtatum agenti leges circa transplantationem artis præſcribi poſſe, vel eapropter, quod interſit reipublicæ artes in ea exerceri, & neminem ſine adminiculo vivendi relinqui. Et ſunt plane, qui libertate hac naturali pro lubitu, nec ſine emolumento rei familiaris uti, nec ignorant nec dememinerunt. Chirurgi inprimis, qui pro unius pueri doctrina triennali, quinquaginta, ſexaginta & plures Imperiales, ultra lectum, quem inferat ille, & abſoluto tirocinio Magiſtræ relinquere, paciſci, atque rem ita diſponere norunt, ut in ſingulos prope annos inſtaurent ſcholas, atque adeo ternis aliquando officinam habeant inſtructam tironibus Conf. B. Beier *in Advoc. Opificiar. Cap. XXI.* §. 4.

* *Diſtantiam.* Sunt Fatalia hujus diſtantiæ diverſa, adeoque diſcernenda juxta 468 diverſos Collegiorum Articulos ſive obſervantiam. Sutores Jenenſes poſt miſſionem tironis ceſſant *anno uno.* Cizenſes *biennio* juxta Statuta illorum renovata de anno 1660. *Artic. VII.* ibi: Wenn ein Lehr-Jung ausgelernet, ſoll ſein Meiſter mit Annehmung eines andern zwey Jahr ſtille ſtehen. Eodem ſpatio atque ſtylo utuntur & Sartores ibidem *Art. 16.* facta *Art. 19.* extenſione ad Paganos. Idem agunt Piſtores ibid. *Artic. 16.* Coriarii *Artic. 5.* Ephippiarii Geranenſes Ruthenorum *triennium* expectant *Artic. 2.* ibi: Ehe nicht, denn in dreyen Jahren einen andern wieder auffnehmen. Lanii Jenenſes Statutis anterioribus de anno 1603. *Artic 9.* habuerunt *quadriennium* præfixum, idemque noviſſime redintegrarunt de anno 1680. *Artic. 9.* ibi: Ein jeder Meiſter, ſo einen Jungen, er mag eines Meiſters Sohn, oder ein Frembder geweſen ſeyn ausgelernet, ſoll in denen nechſten vier Jahren keinen andern wieder anzunehmen be[ſ]ug[t] ſeyn. Pannifices Cizenſes quadriennio docent per *Articulum 28.* biennio ceſſant *Artic 29.* ut adeo deſinant in ſexennium Add. Beier p. m. in *Advoc. Opific. Cap. 21. § 5.*

469 * *Expectare*. Quod ſi ergo ſpatium hoc anticipent, præexiſtente adhuc priſtino tyrone, alium ſuperinducentes, incidunt in pœnam opificiariam, qualis eſſe ſolet negatio boëthorum, interdicendo Patri, dem Vater auff der Herberge ne advenas ad illum dimittat keine Geſellen ihm zuzuführen. Beier in *Advocat. Opific. Cap. V. §. 15.*

CAP. IX.
de
Periodo doctrinæ ſeu Spatiis diſciplinaribus, von Lehr-Jahren.

Conſpectus.

Ad ſtatum puerilem, quantum ad doctrinæ receptionem, pertinet etiam duratio. n. 470.

Periodus diſciplinaris variat juxta Statuta Collegiorum, quæ obſervanda, ita, ut ſpatium quandoque coarctari nec tamen prorogari poſſit. n. 471. & ſeqq.

In determinando numero annorum doctrinalium ad bonum publicum eſt reſpiciendum. n. 479.

An toleranda ſint pacta opificum, de non dimittendo tirone, niſi certo ſpatio elapſo, n. 480. 481.

An magiſter poſſit ſpatium miſſionis anticipare. n. 482. & ſeqq.

Utile eſt antea magiſtratus autoritatem requirere. n. 488.

Anticipatio miſſionis non cedit lucro magiſtri. n. 488. 490. 491.

Poteſt tamen ſibi ſeu pactione didactri, ſeu alia ratione proſpicere. n. 492. & ſeqq.

Quid juris ſit, ſi tyro in militiam iturus petat honorariam miſſionem. n. 499. & ſeqq.

Spatium doctrinale coarctatur in filiis magiſtrorum. n. 505. & ſeqq.

Filius ante adeptam Tribum natus etiam gaudet iſto privilegio. n. 512.

Limitatur ex conſuetudine quandoque. n. 513.

Extenſio & multiplicatio annorum doctrinalium aliquando propter alia Collegia eſt neceſſaria. n. 515. & ſeqq.

An nova ſtatuta de prolixioribus annis valeant in præteritum. n. 519.

Arca-

Arcanorum artis manifeſtatio an reſtringi poſſit ad certum annorum tempus. n.520.521.
Extenſio tyrocinalis temporis ob paupertatem. n.522.
An locum habeat extenſio temporis propter fugam. n.523.
Statutum Opificum, quo plus temporis diſcendi opificii injungitur, quam opus eſt, non valet. n.524.
Computatio epochæ doctrinalis à quo tempore incipiat. n.525. & ſeqq.
Cautela eo nomine & remedium contra tergiverſationem traditur. n. 530.531.
Mortuo magiſtro, reſiduum ſpatii penes alium eſt tranſigendum. n.532.
Epocha doctrinalis debet eſſe continua n.533.
Sponſores in caſu fugæ pueri. n.534.
An tyro fugitivus reverti poſſit. n.535. & ſeqq.
Fuga ex juſta cauſa. n.538.
Si profugus reverſus recipiatur, quæritur de medio tempore. n.539. & ſeqq.
Continuum tempus doctrinæ eſt civiliter computandum. n.545.
Magiſter alius fugitivum tironem ſcienter recipiens incidit in pœnam opificiariam. n.546.547.
Didactrum an amittatur in caſu fugæ. n. 539.548.
Sin pluribus vicibus fugerit tiro, quæritur quid juris. n.549. & ſeqq.
Parere Collegiorum Opificiariorum quando locum habeat. n.552.
Pœna fugitivi tironis apud buccinatores. n.555.
Inuſtio ſtigmatis pœna olim fugitivi. n.556.
Idem adplicatum fuit ad tirones. n.557.
Peretzius refutatur. n.558. & ſeqq.
Quale ſignum olim notationis fuerit. n.561.
Et qua corporis parte fuerint notati. n.562.563.
Uſus hodiernus ſtigmatum. n. 564.
Notantur caſus, quando tiro licitè poſſit à Magiſtro ante elapſum fatale doctrinæ recedere. n.567.568.569.
Pœna Magiſtri cauſam fugæ tironi præſtantis. n.570.

§. I.

AD ſtatum puerorum pertinet inter alia ejus Duratio. Conf. *Art. prox. præced.* §. 2. *n. 446.* & Bäyeriſche Landes-Ordnung *Lib. 4. Tit. 1. §. 7.* 470 ibi: Daß die Lehr-Jungen ihre Lehr-Jahre recht auslernen ſollen. *Anni* autem doctrinæ ſeu *diſciplinares*, ſi merum ſpectes numerum, oppido variant, ut modò biennium, quadriennium, imò ſexennium invenias expreſſum;

471 Sed, ſi penitius in ipſum *Jus diſciplinare* inſpicias, Periodus qua totum volvitur ſpacium, ſexennium eſt, atque tempus iſtud mentale pro regula & quaſi Epocha eſt, quod quidem æquè raró, atque in monetis Florenos, Sexagenas & id nummorum genus atque ideas inveneris; Interim ipſo uſu
472 atque computandi ratione ſatis ſunt frequentes. Cujus rei ratio notoria eſt, Cohibere numerum perſonarum; Seu ſocii ſint, ſeu Magiſtri; ſeu noſtri hi Pueri. Quia tela ſemel cœpta currit, ex pueris ſocii, ex his denique Magiſtri, ſolo temporis decurſu evadunt; principiis igitur obſtandum.
473 Adde plures *ſub n.* 449. *ſeqq.* Sicuti autem nunquam ſupergrediuntur Germani, quanquam Anglis ſeptennium adſcribat Barclajus *Icone animorum cap. IV. de Brittonibus. p. m. 73* juxta verſionem germ. Sieben Jahr währet die Lehrzeit/ ſo ſie ausgelernet/ nehmen ſie ſelber Lehr-Jungen an: Ita frequenter conſtitutum invenimus, pro locorum atque collegiorum diverſi-
474 tate, ſub diverſis quoque conditionibus vario denique eventu. Sic v. g. ſtatutis quorundam Collegiorum minor doctrinæ annorum numerus eſt receptus, nempe Triennium aut Quadriennium, Nihilominus, emenſis hiſce ſpaciis, ac puero dimiſſo, intra tres vel duos annos reſiduos, alium puerum in diſciplinam recipere non permittitur; ut adeò nihilominus ſexennium impleatur, & pauciores iſti anni in gratiam pueri ſint admiſſi, ut
475 citius abſolvatur; Non autem in favorem Magiſtri, quaſi poſſit triennio proximo ſcholam cum alio redintegrare, atque ſic tribus annis poſterioribus diſciplinam denuo abſolvere: Verum adquieſcere cogitur, Muß alſo uff einen Jungen ſechs Jahr inne halten/ atque in ſingula ſexennia non niſi
476 unicum docere puerum. Sic Laniorum doctrina eſt biennalis, quadriennio cœtero ceſſatur. *Verba ſtatutorum de A. 1605. Art. 9.* ſonant: Ein jeder Meiſter/ ſo einen Jungen gelernt/ ſoll in den nechſten vier Jahren keinen anzunehmen befugt ſeyn. Marſupiarii *ſtatutorum art. 3.* requirunt quadrienni-
477 um, Moribus tamen ſervant, ut puerum, qui didactrum ſolvere valet, triennio elapſo emancipent, & ſit reſidui triennii ceſſatio: ante ejus decurſum operam ſuam in docendo, ſeu Informationem alii locare haud permittuntur. Hinc, quando Chriſtian Thiem, Perarius Jenenſis, tertio anno elapſo, novum diſcipulum erudiendum ſuſcipere auſus erat, cœteri contribules Perarii Buttſtadienſes, qui juxta cum his Collegii Vinarienſis membra ſunt, interceſſerunt, literis ad Joh. Martinum Schwaben/ Perarium itidem Jenenſem ſub *dato 3. Febr. 1668.* directis, lucrum hoc, ipſi ex infor-
478 matione toties reſtauranda exprobrarunt, hunc in modum: Es könte Mr. Chriſtian Thieme nicht mehr erwerben/ als wenn er alle drey Jahr in eine andere

dere Stadt zöge / (nam Neoſtadio Jenam commigraverat) allezeit einen Jungen annehme / und etwa 40. fl. Lehr-Geld bekähme. Piſtores hoc ſpacium dimidiatum ſervant, ſic, ut Puer diſcat per biennium, eoque dimiſſo Magiſter quieſcat anno unico. *Artic. ſtatutorum 5. & 6.*

ANNOTATIO.

* *Numerus.* Maximé vero in determinando numero diſciplinari reſpiciendum 479
eſt ad bonum publicum & ipſam qualitatem opificii, prout decidit Reglement Ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis Georgii Wilhelmi de dato Zelle den 4. Aug. 1692. *num.* 24. ibi: Und weil denn die Nothdurfft erfordert, daß einige Künſtler und Handwercker, ſonderlich diejenigen, wobey der Schade, welchen ein unverſtändiger Meiſter oder Geſelle verurſachet, nicht auf ſie ſelbſten redundiret, oder von Ihnen erſtattet werden kan; Sondern andere Leute, und das publicum darunter leyden müſſen.

§. II.

Sed Quæritur: Utrum toleranda ſint ejusm. pacta & conventiones, 480
quibus ut plurimum ſe mutuò devinciunt, citra Superioris confirmationem forſan, Ne quemquam in Collegium tanquam Magiſtrum recipiant, niſi promiſerit, ſe certis tantum annis, triennio puta, vel quadriennio artem traditurum, nec ullum Tyronem ante tempus elapſum dimiſſurum. Er wolte keinen Lehr-Jungen unter drey oder vier Jahren auslernen: utcunque nec incapacitas pueri, nec artis ſublimitas obſtet, ſed minori ſpacio utique demonſtrari ac diſci poſſit? Sed, communi Doctorum, tum Antiquorum, Azonis, Bartoli, Jaſonis, quam recentiorum, Politicorum atque JCtorum calculo pro improbatis æſtimantur ac rejiciuntur, vid. Petr. Greg. Tholoſ. *de Rep. Lib. XIII. c. 3. n. 4. circa fin.* Beſold *1. Pol XII. lib. 26. n. 3.* Matth. Steph. *de Juriſdict. L. 2. c. 8. n.* 13. Mev. *Jur. Lubec. Lib.* 4. *Tit.* 13. *a.* 3. *n.* 93. Knipſchild. *de priv. civ. Imp. Lib. 5. cap. 2. n.* 46. Juſt. Synold. Schütz. *v. 2. Diſp. IX. n. 9. lit. B.* Fritſch. *de Jur. colleg. part. 2. cap. 4. n. 7.* quod fundatur in *R. J.* 1594. §. 124. Quod ſi tamen hoc modo incommoda ſentiant ab aliis, 481
prolixiora diſciplinæ ſpacia ſervantibus, ſicuti in Sectas eapropter ſciſſi eſſe ſolent, nec aliter ea, niſi conformitate declinare valeant, prout rigoroſi admodum morum ſuorum obſervatores eſſe ſolent, atque ſe invicem ob exiguam difformitatem contemnere; Idem quoque ſpacium introducere poterunt: ſed præſtabat tamen, publica id autoritate, quam clancularii pactionibus efficere, atque conſenſum Superioris adhibere. *vid. infr.* §. *5. 6.*

482 Qua occaſione *quæritur* porrò: An Magiſter ſtantibus ejusm. pactis, ante
peractos diſciplinæ annos, à diſciplina poſſit abſolvere ac mittere puerum?
Ob ein Meiſter ſeinen Jungen vor der Zeit ausgelernt geben könne? videba-
tur *affirmandum:* quoniam juri pro ſe introducto quilibet renunciare pot-
483 eſt. Jam verò, qui tempore receptionis in diſciplinam de quadriennio
vel ultra pepigit, ſibi proſpectum voluit, quo diutius opera & miniſterio
tyronis uti liceret, & annis quidem poſtremis, arte penè percepta, inſtar
Socii & in vicem ejus, eo uti potuiſſet: quo beneficio ſi eruere ſe magiſter
484 malit, haud prohibendus. Ponas etiam, Statuto per Principem confirma-
to, numerum annorum diſciplinarium ampliorem introductum; attamen,
in gratiam Magiſtrorum juxta allata, & non puerorum id erit factum. E. in
ſua quoque habebunt manu, An eidem inſiſtere velint. Enimverò *contra-*
485 *rium prævalet.* Ne videl. incommoda, de quibus modò dictum, inde ſequan-
tur, & tales pueri emancipati, peregrinationem ingreſſi, ſtatus ſui contro-
verſiam, ab his qui ampliora ſervant ſpacia, patiantur, ac ſuis Præceptori-
bus domum remittantur, werden Ihren Meiſtern zurück gewieſen. *Ad in-*
486 *ſtantiam Reſp.* utique tam puerorum quam Magiſtrorum, imò verò totius
Collegii ſimul intereſſe, ut unusquisque illorum ſtatutis ſe, ac longè ma-
gis ſeculi moribus conformet, nec ſingularitate ſua moleſtias cœteris cre-
et: moleſtum autem erit Peregrinanti, à nemine ſuſcipi; Magiſtro, do-
487 ctrinam ſuam à nemine poſthac ambiri; Collegio denique, cum exteris im-
plicari, In cujus injuriam non debebat unus conſilium commune mutare.
arg. l. 75. ff. de R. I. aut alteri conditionem iniquam inferre. *l. 74. ibid.* quod
vel ſic fieret, dum contractis in pauciores annis diſciplinaribus, diſciplinam
citius redintegrare & diſcipulos plures conſeqv. plures olim *Magiſtros*
Collegio dare poſſet; id quod tamen omnium collegiorum unanimi inten-
tioni adverſatur.

ANNOTATIO.

488 * *Affirmandum.* Utile tamen eſt, ut talem anticipationem miſſionis, ante exactum ſpatium doctrinæ, faciat præſcitu magiſtratus, prævia legitimæ cauſæ cognitione. Uti extat Beyeriſche Landes und Policey-Ordnung *Lib. IV. Tit. 1. Artic. 7.* ſub rubrica: Daß die Lehr-Jungen ihre Lehr-Jahre völlig auslernen ſollen ibi: Es ſoll ein jeder Lehr-Junge, die in eines jeden Handwercks Sätzen geordnete, oder ſonſten gebräuchliche Jahre völlig auslernen, und nicht in des Meiſters Gewalt ſtehen, demſelben ein oder mehr Jahr oder Monat an den Lehr-Jahren zu ſchencken und nachzuſehen, wie bißhero von etlichen Meiſtern geſchehen, wäre aber ja ein Lehr-Junge ſo geſchickt, hätte auch ein ziem-

ziemliches Alter auff ſich oder ſonſten billige Urſachen vorhanden, daß man einen an der Lehr-Zeit was nachſehen mögte, ſoll daſſelbe mit Vorwiſſen der Obrigkeit und nach derſelben Ermäßigung, und ſonſten nicht beſchehen.

§. III.

Quæritur autem ſuperiorum occaſione & hoc, ſi Magiſter tyronem ante ſua fatalia emancipaverit, v. g. anno quinto: Numne annus ille in gratiam Magiſtri cedit? ſic, ut confeſtim alii erudiendo operam & artem ſuam locare poſſit? *Negatum* hoc, atque decretum fuit: Oportere unico, in ſingula ſexennia puero contentum eſſe, müſſe ſich mit einem Jungen ſechs Jahr behelffen. Cum hac ampliatione: licet priorem longè maturius dimiſiſſet. Ungeachtet der Vorige längſt ausgelernt. Ita *in quadam cauſa* 489
490
1655. Sed *Annon* nocet hoc ſubſequenti diſcipulo, qui hac ratione impeditur, ac vel ſerius ad opificium admittitur, vel ſub finem diſciplinæ à Magiſtro, evitandi hujus incommodi ergô, per unum aut alterum annum poſtponitur? Reſp. Præſtaret aliquando, diutius paulò ſcholam publicam frequentare, & fundamenta pietatis altius jacere, cujus inter exercitium artis non redibit æque commoda occaſio; aut addiſcere interea, opificibus tantopere neceſſariam numerandi ſcribendique peritiam! Et, ſi non hujus ar- 491
tis, alius ſane nanciſcetur poſtea Magiſtrum: Aut, ſi tanto hujus artis flagrat deſiderio, ſi ab hoc diſcere Magiſtro præ cœteris ſperat, ſi præciſe in hac civitate, cur tantopere properat? & non potius in gratiam horum omnium & pro his potiundis, annum unum vel alterum expectat; An verò ſuæ feſtinationi, ac ſpeciali affectioni ſuæ cedent cœteri, Puer, Magiſter, Collegium, ipſa adeo Statuta? Quin etiam, introductum videtur hoc ſex- 492
ennium in gratiam cœterorum Magiſtrorum ejusdem collegii, Ne unus ſolus diſcipulos reliquis præripiat. Denique poteſt ille ipſe Magiſter cautela quadam uti, & annos pueri ſubſequentis, per quandam aphæreſin abbreviare, ac tot annis citius dimittere, quot diutius ab initio coactus fuit expectare. können dem letzten einen Vortheil thun / und ſeine Lehr-Jahre zeitlicher laſſen ausgehen. Ea quippe ratione non Collegio, non contribulibus 493
ſed ipſi ſoli Magiſtro mittenti aliquid decedit; tum hoc videlicet quod poſſet opera pueri jam ſatis edocti, in vicem Socii ſeu optionis uti: tum verò illud, quod anni ceſſationis augentur. Licet enim puer citius aliquanto abſolvit annos, res tamen in illum redit circulum, quod Magiſtrum in reſiduos hujus ſexennii annos, à nova diſciplinatione abſtinere, atque hujus pueri intuitu feriari docendo oporteat. Weil der Junge zwar zeitlicher aus der

der Lehre kömmet / der Meiſter aber dennoch die ſechs Jahr muß inne halten.
494 Sed *inquias:* Hoc modo fabam in Magiſtris cudi, atque benignitatem illorum, qua contractis tyrocinii ſpaciis pueros citius dimittunt, in eorum vergere præjudicium: *Annon* E. & illis proſpiciendum erat? Ratio non inelegans videtur, quod contribules cœteri ſic laborent adverſus propria commoda, &, quantum proficiunt, impediendo Magiſtrum à ſuſceptione novi pueri, hoc altera manu deſtruunt, promovendo ejus liberationem: Jam verò, & ex pueris fiunt ſocii, ex his denique Magiſtri: Quid E. prodeſt hoc Collegio, ad conſequendum de coarctando contribulium numero, ſco-
495 pum? *Nim.* Collegia proſpiciunt ſibi; Contribulium quemque de ſe ipſo oportet eſſe ſollicitum; qui, ſi viderit, totum ſexennium in ſingulos *diſcipulos* eſſe impendendum, poterit eos in ſua diſciplina retinere & miſſionem ſuſpendere; aut, ſi pepigerit de citius mittendis, dubio procul haud gratis ita fuerit benignus, ſed amplius didactrum haud demiminerit exigere;
496 & vel ſic jacturam ſarcire. *Ne tamen* ampliori didactro inhiantes, de ipſa arte & informatione nimium remittant, juxta illud Exterorum: Nos ſumimus pecuniam, & remittimus aſinos in Germaniam; adeoque urbes, provincias & collegia rudibus impleant hominibus, quos deinde in ſtatu ſociali demum, non absque ſuo & magiſtri dedecore diſcere, & citra merce-
497 dem operari oporteat; *Ideò*, plerumque collegiorum ſtatutis cautum eſt, quomodo paciſcendum, quot annis gratuito vel pro mercede docendum diſcendumque fiet. v. g. Stannuarii docent artem ſuam per quinquennium, ſin pecunia detur, per quadriennium. Tinctores, die Schwartz-Färber/ triennium requirunt, *Art. de Pueris.* ibi: Auch ſoll er und ein jeder ſolch Handwerck drey Jahr lang an einander zu lernen und auszuſtehen ſchuldig und ver-
498 pflichtet ſeyn. Articulus ſequens de Sociis ita incipit: Es ſoll kein Geſell in dieſen Landen und Städten / ſo der Lade zugethan / gefördert werden / er habe denn ſein Handwerck drey Jahr bey einem redlichen Meiſter gelernet. Lanii biennio contenti ſunt, *Artic. 8.* Ein Lehr-Jung ſoll zum wenigſten zwey
499 Jahr lernen. Proximis abhinc annis, occaſione bellica talis accidit caſus, ac *quæſitum* fuit: quid, ſi Tyro, annis doctrinæ nondum completis, militiæ ſe addicat, & miſſionem honorariam à Magiſtro deſideret, h. e. ut cum aliquo charactere inter reliquos milites poſſit comparere, non ut puer, *ſed ut*
500 boethus; utrum compelli Magiſter ad emancipandum poſſit? Parum referre Magiſtro *dixeris*, qui ſemel tyrone carere cogitur, utrum is ſocius poſthac, an puer vel Magiſter etiam fiet; quia utique ad eum nunquam, perdiſcendi opificii cauſa revertetur; opprobrium ſanè foret viro militari,

ad

ad ſervilem puerorum ſtatum regredi: Quin, dubium eſt, an unquam reverſurus ſit è militia, morte præventus, aut alio delatus, aut ad eum militiæ gradum evectus, ut de opificio exercendo cogitare non habeat opus. *Aſt* nihilominus Magiſtri, qnibus id accidit, futurorum eventuum ſunt ſol- 501
liciti, quinimo etiam ſuſpicaces; ac facilè olfaciunt, militiam ſolum in prætextu allegari poſſe, pro libertate citius nanciſcenda; qui poſt deinde, mutato conſilio bellico, ad opificium redire atque ut ſocius tractari præoptare poſſet: Quare *cavent*, ut ſi relicta militia ad opificium reverti quondam vel 502
opus ſit aut volupe, reſiduum tempus, quantò nim. maturius fuit dimiſſus, apud priſtinum magiſtrum, ſub Schemate quidem ſocii, verum absque mercede complere debeat. Wofern Er / nach einmahl erhaltener Loszehlung / dem Kriege dennoch nicht folgen / ſondern den Meiſter gleichſam hintergangen haben würde / die noch manglende Zeit gleichwohl bey dem Meiſter auszuhalten / und zwar als Geſell / doch ohne Wochen-Geld zu arbeiten. Ita 503
ſervavit Collegium Stannariorum, quando ad inſtantiam Præfecti Excubiarum Frid. Ellingerum, mittere tenebatur Balthaſ. Hüttenrauch d 21. Martii 1677.

ANNOTATIO.

* *Præripiat.* Parilis ratio allegatur in Statutis & Articulis Pannificum confir- 504
matis ab Electore Saxoniæ zu Torgau Anno 1645. *Artic. 6.* Und wenn er alſo zwey Jahr fleißig gelernet hat, ſo ſoll er ein Stück Tuch bey dem Ober-Meiſter abſcheeren, und da er denn ſein Handwerck rechtſchaffen gelernet, ſoll Ihn der Ober-Meiſter in der Craiß-Stadt, neben ſeinen Lehr-Meiſter ſeines ehrlich-gelernten Handwercks ſchrifftliche Kundſchafft geben und mittheilen. Aber nach denſelben ſoll der Meiſter, der ihm das Tuchſcheren gelernet hat in einem Jahr darnach keinen Lehr-Knecht mehr annehmen, ſondern ein Jahrlang verziehen, damit der Lehr-Knechte nicht zu viel, und einer mit den andern verderbet werde. Ein Schleiffer aber mag einen Lehr-Knecht auff ein Jahr annehmen und lernen, doch Ausgang deſſelben Jahrs, zwey Jahr ſtille halten, und darinnen keinen Lehr-Knecht annehmen.

§. IV.

Enimverò, *Anni* diſciplinares alii ſunt rigoris & *Juſtitiæ* alii vero *gra-* 505
tiæ; & temperatus eſt iſte rigor in *Filiis Magiſtrorum:* patiturque iſta Regula duplicem *exceptionem:* (1.) Ratione Puerorum, ut vel numerus annorum ſit determinatus vel arbitrarius planè factus. v. g. Lanii unum annum pro tyrocinio filiis ſuis ſufficere exiſtimant, *Artic. 8.* addita ratione; Quod

jam tum ex converſatione quotidiana Parentum magnam artis partem
506 haurire potuerint. Fabri autem, *ſtatutorum art. 13.* id mero Parentum arbitrio relinquunt, dum idoneum exiſtiment verbb. Welcher Vater aber ſeinen Leiblichen oder Stieff-Sohn das Handwerck lernet / den mag er ausgelernet geben wenn er will / und tüchtig iſt. Cum quibus fermè faciunt Perarii, qui ſolam pro ſuis filiis requirunt Inſcriptionem, ſc. ut modo collegio ſint incorporati, juribus ejus fiant participes ac legitimum conſequantur
507 Statum: Annos autem doctrinales remittunt. Sed Acuarii, qui cum illis faciunt filios ſuos poſt mortem Parentum apud extraneum Magiſtrum anno vel biennio, ex more recepto, ſubſiſtere jubent. *ſtatut. art. 3.* anno fortè, ſi jam apud Patrem profecerint: biennio, ſi rudes adhuc ſint; tanto autem tempore, quanto in aliis opificiis vel extraneus miſſionem meriturus erat, propterea, quia tyrocinium ſexennale ſervant integrum, atque extraneos,
508 tam maturè ut alii non manumittunt. Ut fermè eo delabar, Quæſtionem illam: Ecquid valeat ſtatutum, quo inducitur, Ne quis Magiſter minori ſpacio quam cœteri, doceat dimittatve diſcipulos? de qua *ſub n. 480.* eſſe ſupervacuam: quia plus quam opus eſt, à quibusdam Collegiis jam reducti fuerint. Prius enim, quam tyro, v. g. inter Lanios, annuum pabulum ad ſaginationem pecorum proficuum cognoſcere incœperit, jam tyrocini-
509 um abſolutum eſt, lernt kaum eines Jahres Fütterung kennen. Cum utique opus videatur, ut præter jugulationem, in qua tamen artis ſpecimen edere tenentur, etiam rei pecuariæ notitiam, ac præprimis negociationem in pecoribus, quæ ad illos præprimis ſpectat, ſibi comparent; quia aliqui ex illis non in eo ſubſiſtunt, ut patribusfam. reliquis operam in mactando locent, daß ſie Hauß-Schlächter bleiben / verum publice carnes venum exponant Knochenhauer dicti: boves exteros emant ac ſaginent, treiben den Vieh-
510 Handel / quæ non eſt unius anni peritia. *Si dicas*, in ſtatu ſociali hoc ſuppleturos. *Reſp.* tantum tamen è tyrocinio ſecum ad Magiſtrum adferre debebant, ut officinæ ipſius cum emolumento præeſſe poſſint: aut igitur incidunt in eum, qui ſolum mactat, & nihil erit quod ſupplere poſſint, norunt jam mactare; debebant altius adſpirare: Aut ad talem deferuntur qui negociatur, & quia hujus rei ſunt imperiti, tractabuntur ut pueri, nulla vel minima mercede conducti: præſtabat igitur tantum in tyrocinio didiciſſe, ut juxta cum ipſo ſtatu ſociali impetrato, jura quoque illius conſequantur.
511 *Altera* (2.) *Exceptio*, continet favorem Magiſtrorum, quibus in hoc ſpacium non imputantur Filii ſui, ad excluſionem aliorum; aut, ſi quibus extraneis ſpem fecerunt: Nam utrosque tam reſiduo quadriennio, quam juxta

tyro-

tyrones ordinarios habere licet. Ita enim cavent Perarii *Artic. 3.* Damit aber die Meiſters-Söhne nicht zu verſtehen / oder gemeynet. Denn / uff denſelben / wann der zumahl bey dem Vater iſt / wie auch Verſprechungs-Jungen / ſolche Zeit nicht gerechnet wird.

ANNOTATIONES.

* *Filiis Magiſtrorum.* Participat vero talia privilegia etiam ille filius, qui ante 511
adeptam à Patre Tribum legitimè eſt natus arg. *l. ſenatoris filius 5. ff. de Senator.* Chriſtinæ. *Vol. V. Deciſ. Belgic. dec. 5.* Ita Senatus Hallenſis die 19. Aprilis 1670. In Sachen Meiſter Hans Brauns, Klägers an einen, Ober- und andere Meiſter des Tiſcher-Handwercks in Halle, beklagten andern Theils, gibt E. E. Rath, nach gepflogenen Verhör, dieſen Beſcheid: Würde Meiſter Hans Braune, ſeine Kinder, ſo er gezeuget, ehe er Meiſter in Halle worden, beſcheidentlich vorſtellen, ſo iſt das Handwerck ſelbige als Meiſters-Kindern gleich zu halten ſchuldig. Id ipſum tamen limitatur, ſi conſuetudine con- 513
trarium inductum eſſe, probatum fuerit. Uti declarat Reſponſum Facultatis Lipſienſis ſequentibus formalibus. Auf eure an Uns gethane Frage ſprechen Wir Churfürſtliche Schöppen zu Leipzig vor Recht: Habt ihr als ein Meiſter des Leinweber-Handwercks zu Franckenberg Kinder erzeuget, und als Ihr hernach euch nach Peinigk begeben, und bey dem Leinweber-Handwerck daſelbſt das Meiſter-Recht gleichfalls erkaufft und erlanget, wollet ihr, daß bemeldte zu Franckenberg von euch erzeugte Kinder gleichfalls vor Meiſters-Kinder zu Peinigk zu halten, und nach Inhalt ihrer Innungs-Articul, gleich andern Meiſters-Kindern zu Peinigk derſelben Privilegien und Rechten zu genieſſen haben ſollen. Ob nun wohl die Meiſter ſelbigen Handwercks / ſolches euren Kindern zu verſtatten, keines weges gemeynet, fürwendende, daß zur Zeit deß von Euch zu Peinigk erlangten Meiſter-Rechts eure Kinder allbereit, und zwar zu Franckenberg gebohren geweſen, zu dem daſelbſt, und in andern Städten kein anders gehalten würde, ſondern es alſo durch Gewohnheit eingeführet. Dieweil aber dennoch die Kinder / ſo auch zuvor, als ihr Vater ein gewiſſes Recht und Privilegium erlanget, gebohren ſeyn, deſſen zu Recht theilhafftig werden, nach mehrerm Inhalt eurer Frage. So haben dahero auch eure Kinder der Privilegien und Wohlthaten des Leinweber-Handwercks zu Peinigk, gleich andern Meiſters-Kindern daſelbſt billig zu genieſſen, und ſind die Meiſter ſelbigen Handwercks ihnen daſſelbe zu verweigern nicht befugt; Sie könten denn, wie zu Recht, beybringen, daß nehmlich die Meiſters-Kinder, ſo vor des Vatern erlangten Meiſter-Recht, oder auch an-

derswo gebohren, der Leinweber-Zunfft oder Wohlthaten nicht fähig ſeynd, ſolches auch über Rechtsverwährte Zeit, unverbrüchlichen alſo gehalten worden wäre, deſſen genöſſen Sie billig, und wären auff ſolchen Fall, benannten euren Kindern daſſelbe gleichfalls zu verwehren wohl befugt. V. R. W.

514 * *Mortem Parentum.* De hoc caſu proviſum eſt in der Bader-Ordnung des Reichs-Ampt Gehren, *art.* 8. ibi: Eines Baders Sohn aber ſoll nur zwey Jahr lernen, da aber nach Abſterben ſeines Vaters, er bey einem andern Bader lernen wolte, und dem kein Lehr-Geld zu entrichten vermögte, auch derſelbe mit dieſer geſetzten zweyjährigen Lehr-Zeit nicht zufrieden ſeyn würde, ſoll er drey Jahr in der Lehre ſtehen. Ein frembder Junge aber, da er gleicher geſtalt kein Lehr-Geld zu entrichten hätte, ſoll 4. Jahr lang lernen.

§. V.

515 Deinde, alia *ratio* ſubeſt *Extenſionis* tyrocinii, ſeu multiplicatorum annorum diſciplinarium: *Conformatio* nim. cum cœteris ſui generis, in aliis civitatibus ac provinciis, amplius ſpacium exigentibus atque obſervantibus: Ne videlicet paucioribus annis edoctos, pro irregularibus reputent atque rejiciant; quo de *ſub n.* 481. Notum enim eſt, quam ſcrupuloſi hac in re ſint opifices, in rebus cœteroquin minimi momenti, adeo, ut non dubitent, in Sectas ſe propterea diffundere, atque ſchismata, ut ita loquar,
516 excitare. Non ita pridem igitur eſt, quando in Electoratu Saxonico nonnullorum locorum Tribus, à Sereniſſimo Dn. Electore ſupplicando impetraverunt doctrinam triennalem, daß Sie auff ihren Handwercken nicht mehr zweyjährige/ ſondern dreyjährige Lehre haben möchten. Ne videlicet Liberti ſeu pueri ab ipſis miſſi, quando inter peregrinandum ad ea loca deveniunt, quibus longiori ſpacio docetur ac diſcitur, controverſiam patian-
517 tur. Quin, licet in ſtatu ſociali utcunque tolerentur, ac promoveantur, noch gefördert würden/ characterem tamen magiſterialem pren*ſ*antibus, Exceptio doctrinæ biennalis, der zweyjährigen Lehr/ opponetur. Et, ſi rectè rem percepi, hæc ipſa cauſa paucos ante annos erat, quare Coriarii die Lederbereiter hujus loci, exulem quendam Rhenanum, cujus opera, cum hic peregrinabatur, adjutoria erant uſi, in ſeinen Geſellen-Jahren gefördert/
518 juxta ſe tolerare ut concivem & magiſtrum recuſabant. Facit hanc in rem *R. J. Francofurth. 1577. Tit. 15. §. 1. in f.* daß auch groſſer Zwiſpalt entſtehet unter den Handwerckern/ derowegen/ daß ſie an allen Orthen nicht gleiche/ ſondern unterſchiedliche Lehr/ Jahr und Gewohnheit haben/ darum Sie die/ ſo
519 ausgelernt haben/ an allen Enden nicht zulaſſen. *Utrum* autem nova ſtatuta,

de

de prolixioribus diſciplinaribus ſpaciis alicubi introducta, poſſint allegari in præjudicium eorum, qui juxta ſtatuta anteriora, paucioribus didicerunt annis, ad eos pro irregularibus habendos, & ſocios eorum expellendos? prout vulgo ſed male ſervari ſolet, ac reprobatum eſt per *R. J.* 1594. *§.* 124. Tractatur à nobis *ſub rubr. de ſtatutis*, An valeant in præteritum? Ab hac 521
miſſione ad certam epocham reſtricta, *differt* illa arcanorum artis manifeſtatio, usque ad certum tempus, aliquando etiam, juxta quorund. locorum & collegiorum mores, poſtquam certis ludis atque vexationibus fuerint expoſiti, reſervata atque dilata; quando conſuetudo talis ſtatuto fuerit inſerta, Qv. An valeat Statutum: Ne Tyronibus arcana artis prius, quam 522
certo tempore elapſo, ludicrisve tyrociniis exantlatis oſtendantur? ſed quum alibi hoc tractaverimus, remiſſus eſto B. Lector interim ad Autores, quos laudat Marq. *de jure commerc. lib. 3. c. 2. n. 30. p. 378.*

ANNOTATIONES.

* *Alia ratio.* Eodem pertinet *paupertas tyronum.* Si quis nimirum ob pau- 522
pertatem majores magiſterii impenſas ferre nequeat, poteſt ſuis operis ſupplere, quod in pretio deficit, ut ſcilicet per tempus longius in tyrocinio maneat ſiquidem etiam ejusmodi operæ ſunt æſtimabiles & pretium illarum habere videtur, qui illis fruitur. *l. 6. ff. de oper. libert. l. 31. l. 32. ff. de R. V.* Quemadmodum enim is, qui alium ex captivitate pecunia ſua redemit, eum per quinquennium in operis ſuis retinere poteſt, ſi lytrum non reſtituerit per *l. ult. Cod. de poſtlim. reverſ.* ut ita operis præſtitis compenſet pecuniam, redemptionis cauſa datam; Ita ſimili ratione magiſter talem famulum ad tempus retinere poteſt, usque dum ipſi quodammodo ſatisfactum ſit, neque enim invitus ad beneficium aliquod pauperi concedendum aut didactrum remittendum compelli poteſt arg. *can. 4. Cauſ. X. qv. 2.* Debet autem judex hoc caſu arbitrari, quantum temporis addendum ſit, ut ita debita magiſtro compenſari poſſint, & plerumque pro diverſa Opificiorum ſpecie ac locorum obſervantia, aliquid certi, in ſingulos annos, ſolet eſſe determinatum, quam taxam ſequi debet judex; poteſt tamen pro excellentia artis vel operarum, aut pro diverſitate circumſtantiarum etiam aliter ſtatuere.

* *Prolixioribus.* Simili modo hic quæritur, de tyrone fugitivo, an extenſio an- 523
norum doctrinalium in eodem locum habeat; Ut ſi artifici cuidam juvenis aliquis traditus fuerit, ut per annos conſuetos doctrinales ea, quæ ſunt opificii, perciperet, daß er die Lehr-Jahre bey ihm ausſtehen ſolte, ſi tum intra tempus illud aufugerit, debeat illud de novo inchoare, & ſic *extenſionem* quandam pa-

ti in tempore doctrinali? Et ſtatuunt extenſionem totius temporis non fieri, verum ſuppleri tantum deberi id tempus, quod per intervallum fugæ vacavit. In quam ſententiam referunt *l. 14. §. 1. ff. de Stat. liber.* ibi: *Servus, cum hæredi annorum ſeptem operam dediſſet, liber eſſe juſſus erat: Is ſervus fugerat, & annum in fuga fuerat: Cum ſeptem anni præteriiſſent, reſpondit, non eſſe liberum, non enim fugitivum operas domino dediſſe, quare ſe, niſi totidem dies, quot abfuiſſet, ſerviſſet, non fore liberum. Sed & ſi ita ſcriptum eſſet, ut tum liber eſſet, cum ſeptem annis ſerviſſet, potuiſſe liberum eſſe, ſi tempus fugæ reverſus ſerviſſet.* Add. Struv. in *Diſſertat. de Operar. Locat. th. 25.* Et hæc quidem temporis compenſatio ex æquitate admittitur, ſi *ſponte* reverſus fuerit; ſin vero *coactus* redierit, an idem obtineat, quæritur; Nos diſtinguendum arbitramur; Aut propter illam fugam, reverſus mulctam opificiariam quandam ſolvit, & compenſationem temporis admittendam eſſe cenſeo, ne alias duplici gravetur pœna, ita tamen, ut ſi intempeſtivè fugerit, & magiſter ejus ſingulare aliquod intereſſe liquidare poſſet, & hoc ſimul etiam utroque caſu, præter additum temporis ſervitium præſtare debeat, ſiquidem per ſuppletas operas defectum quidem & intereſſe operarum præſtitit, ſed nondum damnum fugæ. Sin vero nulla pœna à Collegio notatus fuerit, arbitrio Magiſtri erit relictum, an tempus denuo ab eodem exigere velit, modo ſingularis fugitivi malitia appareat, & magiſter non cauſam fugæ dederit.

524 * *Certo tempore.* Pari ratione etiam illud Statutum Collegii, quo plus temporis ad diſcendum opificium injungitur, quam opus eſt, non eſt validum, cenſentur enim talia Statuta ambitioſa, atque in incommodum & invidiam aliorum condita Natta *Conſil. 127. n. 4.* Atque ita in Tribunali Wismarienſi in cauſa der Gewand-Schneider daſelbſt deciſum notat Mevius *Part. V. dec. 170.* ubi ita refert. Cum iis, qui pannorum mercaturam exercebant, nullum certum tempus addiſcendi, quæ ad iſtam ſpectabant, olim conſtitutum eſſet, ſed &, qui nunquam didicerant, ab iſta prohiberi non conſultum, vix uno & altero exiſtente, qui ſerviiſſe ejus cultoribus doceri poſſet: Statutum intendebatur, ut non reciperentur, niſi qui per ſexennium mercatoribus panniariis miniſtraſſent, ac inde hauſiſſent ad illud mercimonium pertinentia. Conquerebatur autem, qui pannos conficere noverat in ſui necem condi eam legem, ne poſſit uti mercatura, ante hac libera. Viſum eſt, illum audiendum, nec permittendum eſſe, ut ejusmodi ſtatutum invaleſcat, tum quia novum & veteri libertati contrarium, adeoque ſuſpectum atque odioſum, tum, quia ad injuriam alterius tenderet, quem cæteri, ſub illo obtentu, excludere moliebantur, tum, quod in vicinis civitatibus tale non erat; ſed moris, admitti omnes indiſcri-

diſcriminatim; tum, quod non tantum temporis impendere diſciplinæ neceſſarium, cum per experientiam conſtaret, pauciori tempore ad illam mercaturam ſpectans poſſe apprehendi, & in eodem Civitate plures eſſe, qui nunquam tempus iſti tribuerint. Add. Mev. *Part. V. dec. 171.*

§. VI.

Supereſt, ut de hujus Epochæ ſeu fatalis *Computatione* videamus. *Ex quo tempore* videlicet initium ſumi debeat? Fruſtra ſiquidem diſputaverimus de Fine & termino ad quem, ubi de Termino à quo ſeu Initio nondum conſtat. Duo nim. ſunt, quæ dubitandi diſputandique anſam ſuppeditaverunt: Legitimatio & Immatriculatio: quam poſteriorem Collegia nonnunquam ſufflaminant, donec documentum nativitatis fuerit exhibitum: Iſtud autem, utrum tempore præſentationis perſonæ præcisè edendum ſit, an ad emancipationem usque differri poſſit? in quorundam Collegiorum ſtatutis expreſſa litera diſpoſitum, alibi vero arbitrio Contribulium relictum; atque adeò, ſi cui favent, connivent: cui v. remoras ſternere ſtat animi ſententia, anſam de facili habebunt. conf. *ſup. n. 385.* *Quæſitum* igitur: Annon à tempore demum exhibiti documenti natalitii doctrinales incipiant anni? Ratio *pro Affirmativa* poſſet adferri, quod aliquando à tyronibus vel eorum Parentibus cognatisve protrahatur iſta editio: Imputent E. ſibi! Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſentire non videtur. Quinimò, per ejusmodi productionem demum de ipſorum habilitate conſtat: ante illam igitur neque Magiſter neque Collegium ad eorum receptionem tenetur. In qua opinione ſtetit collegium Laniorum, quando Pater literas natalitias filii demum tempore emancipationis arcæ collegii intulerat, & biennio inde elapſo, novum puerum docendum conduxerat: Adeoque inſcriptionem ſeu immatriculationem pueri detrectavit. Sed cenſuit Senatus: Permittendam Magiſtro doctrinam, puerumque inſcribendum, in cauſa Hanß Binders ☿ *20. Martii 1676.* *Rationes decidendi* ſi adferendæ; dixero: Tempus Præſentationis atque Inſcriptionis eſſe terminum à quo doctrina inchoëtur; Exhibitionem autem documenti nativitatis, eſſe cauſam ſine qua non facilè quis inſcribatur: quandocunque E. impoſterum exhibetur, ad tempus inſcriptionis retrotrahitur. Licet autem Matricula non conſtituat ſed probet, aliquem eſſe de univerſitate *v. ſup. n. 397.* fit tamen id in dubio. Jam vero, in caſu præſenti dubium non facile ſubeſſe poteſt; quia omnes actus, de quibus *ſup. n. 323. ſqq.* brevi interſtitio, juſtoque ordine ſe inſequuntur, ut omnium memoria & probatio facillimè haberi poſſit. Conſectarium hinc & *cautela* ſubnaſcitur: Minimè igitur cunctandum eſſe! ſed urgendam omninò

omninò inſcriptionem! ac ſi de documento excipiatur, nec ſtet per impetrantem, quo minus confeſtim habere poſſit, cautionem de adhuc exhibendo offerri poſſe; quæ ſane citra Collegii præjudicium admitti poteſt. Aut enim quocunque tempore producitur, & tunc utique conditionem pu-
531 rificavit: aut nunquam exhibet, & nec miſſionem impetrabit. Quod ſi verò tergiverſetur Collegium, cum tamen rite ſit imploratum, Senatus auxilium implorandum: prout ſervatum in cauſa Nicol. Rabens, cujus filius jam per dimidium ſupra duos opificio interfuerat, Collegio inſcriptionem ſufflaminante ☿ *20. Mart. 1678.*

ANNOTATIO.

532 * *Computatione.* Sed quid ſi mors Magiſtri intervenerit, nondum completo diſciplinari periodo! Reſpondetur per hoc ſpatium continuum non interrumpi dicitur, cum non ſtet per diſcipulum, ſed cauſa ab alio proveniat; Unde deficiens tempus, apud alium Magiſtrum, ſupplere poterit. Prout proviſum in den Reglement Ducis Brunſuicenſis & Lüneburgenſis de dato Zelle den 4. Aug. 1692. *n. 23.* ibi: Wenn ein Meiſter verſtürbe, und hinterlieſſe einen Jungen, ſo noch nicht ausgelernet, ſoll der Magiſtrat, auff beſchehenes Anſuchen, dahin ſehen, daß ihm von dem Ampt ein Schein, wie lange er gelernet, gegeben, und er darauff von einen andern Amts-Meiſter, umb bey denſelben auszulernen, angenommen, ihm auch dieſerwegen eine längere Zeit, als die geſetzte Jahre in der Lehre anzuhalten, nicht auffgebürdet werden möge.

§. VII.

533 Oportet autem Epocham hanc eſſe *Continuam*, nulla interruptione ſolutam, prout ſonare atque concipi ſolent ſtatuta: Drey Jahr an einander. vel: Drey Jahr bey einem Meiſter. Quin Sponſoribus inſuper opus habet Puer; quos etiam in caſu *fugæ* oportet cum Magiſtro, ex arbitrio Senatus, ſi ita res ferat, & Collegii autoritas forte non ſufficiat, deſuper tranſi-
534 gere & componere: In hoc tamen annitendum, ut ſalus pueri promoveatur & quantum posſibile, penes opificium is retineatur, ſeu, ut regreſſus ad opificium illi & receptio præſervetur, mage quam abſtrahatur aut excludatur: Ita diſponentibus Perariis *Artic. 3.* Alia porro cautione atque ſponſore apud Segmentarios opus eſt; quando deſertor, der aus der Lehr getretten/ aſſecurare Collegium jubetur, ſe opificium poſthac neutiquam exerci-
535 turum. *Statut. art. 1. circa f.* Quare, ſi à Magiſtro inſcio aut invito diſceſſerit tyro, nemo alius Magiſter in ſuam informationem ſuſcipere illum audebit,

bit, diſſentiente ſc. priori, aut inconſulto Magiſtro: quemadmodum etiam cenſuit Senatus ☽ 5. *Junii 1676.* in cauſa **Jahn** contra Herold, ſed Actor ſponte ceſſit. Quod, ſi ad priorem Magiſtrum redire velint, maturè id facto opus eſt, *arg. l. 48. ff. de R. J.* quidquid in calore iracundiæ fit vel dicitur, non prius ratum eſt, quam perſeverantia apparuit, judicium animi fuiſſe. Indeque brevi reverſa uxor, (reverſus puer) nec divertiſſe videtur. Alioquin, ſi ultra quatuordecim dies emanſerint, repudiabuntur, per verba Statutorum paſſim expreſſim in hoc concepta: Nam quaterdenarum illud ſpacium alioquin exlex eſt, & non attenditur inter opifices, ſic, ut irregularis à regulari ſuſcipi, & regularis ad irregularem divertere tanto tempore poſſit, ac neutri id præjudicio ſit. Alicubi autem Spacium amplius indultum, unius menſis, prout antiquis collegii Zonariorum, Marſupiariorum ac perariorum Erfurtenſium ſtatutis obtinuiſſe reperi. *Declaramus* tamen ſuperius dicta, de Fuga malitiæ, & quæ fit absque juſta cauſa; quorſum etiam inclinant ſtatuta Perariorum *Art. 3.* Recipit E. *limitationem* (1.) in caſu durioris tractationis à Magiſtro perpeſſæ: quo de agemus *Artic. prox. X. de Emendatione puerorum.* §. 2. n. 584. Quod ſi revertatur & à Magiſtro denuo recipiatur profugus, Quæri ſolet de Medio Tempore quo abfuit puer; An abſentia pueri noceat ipſi, ad effectum diſciplinæ prorogandæ, aut reiterandæ? An dies abſentiæ imputandi ſint in tempus diſciplinæ? Res conclamata videbatur, nec ulla ſpes gratiæ, ubi Magiſtrorum intererat, non diſcipulorum modò numerum minui, ut minor ſit olim numerus Magiſtrorum, verum ſpacia etiam diſciplinaria nunquam abſolvi: ſic enim & irregulares fiunt, nec ad collegia datur introitus, & nihilominus didactrum commiſſum eſt, **das Lehr-Geld iſt verfallen / und geht dem Meiſter zu Profit.** *Inquias:* præſtaret ergò, Nullos planè ſuſcipere! Reſp. Munus eorum, eſſe ſuo modo publicum, & ad hoc eos poſſe compelli: conf. *Magiſtrum n. 281.* Sed & ſpes lucri per tyrones potiundi eos allicit, ut ſponte ferantur in doctrinam. Quia & Didactrum ab illis ferunt, & opera illorum, in vicem Sociorum, poſt artem quodammodò edoctam, uti queunt. Verùm, eſto, aſperiori tractatione aliquos, iniqui lucri cupidos, anſam fugæ & cauſam dare Magiſtros; attamen vitium unius non poteſt imputari reliquis: Et ſi hac in re convincatur Magiſter, & recipere puerum, & abſentiæ tempus imputare jubebitur. Adeoque adhuc ſupereſt *quæſtio*, ſi præter hanc intentionem Magiſtri aufugerit tyro, An teneatur de novo ad integrum tempus à capite ad calcem abſolvendum; An verò tot dies, quibus abfuit, ſub exitum ſpacii ſupplere ac remorari debebit? *Duo* diſtinguendi erunt *caſus*. *Aut* enim

Margin numbers (in order): 536, 537, 538, 539, 540, 541, 542

certum aliquid Articulis Collegii ſtatutum eſt, & huic erit inſiſtendum, ut in modo laudato Collegio zonariorum Erfurtenſium, verb. Item / welcher Junge von ſeinem Meiſter gehet oder läufft ohne redliche Sache / und iſt von Jhm länger denn vier Wochen / ohne ſeinen Willen / der ſoll auff ein neues verfahren / als recht und Gewohnheit iſt / quod ſi etiam conſuetudo opificum contrarium obſervat, ea ſequenda eſt, ex traditis per Dd. *in l. 9. ff. de J. & J.*
543 Joh. Ruding. *cent 1. Obſ. Cam. 46. Aut* nihil definitum: Et tunc ſufficere putamus, Tantô eum tempore quantô abſuit, poſtponi, ac ſerius emancipari. Daß Er ſo viel Wochen oder Monath / als er weg geweſen / nachſtehen müſſe. arg. *l. 4. §. f l. 14. §. 1. l 39. §. 3. ff. de Statulib. l. 38. l. 58. ff. de Lib. cauſ.*
544 Ruding. *d. l.* Beſold. *Lib 1. Polit. cap. XII. th. 25. n. 4.* Wehner. *Obſ. pract. verb.* auslernen. *p. 43. & verb.* Lehr-Jahr auslernen. *p. 480.* ubi dicit, Eum ſe caſum nuper in vicinia habuiſſe atque decidiſſe ex *d. l. 14. §. 1. ff. de ſtatulib.* quod poſtmodum repetit *infra verb.* Zunfft. §. *ſi artifici. p 723.* vide & Hartm. *Obſ. pract. Tit. de miſcellaneis. obſ. 1. fol. 481.* Reform. Noric. *part. 2. Tit. 17. leg. 11. fol. 104.* Ac, ſi per abſentiam ſuam damnum inſuper cauſatus eſt Magiſtro, qui ſocium tam ſubitò non potuit nanciſci, vel qui juxta caſum *ſup. Artic. 8. §. 3.* propoſitum, planè impeditus fuit per Collegium ab alterius ſurrogatione, & tamen operas conductas intuitu ipſius habuit, hat Arbeit uff Jhn gedinget gehabt / quas cum condicto tempore juxta Dominorum deſiderium perficere non poſſet, renunciaverunt atque avocarunt; ad intereſſe tenebitur.

ANNOTATIONES.

545 * *Continuam.* Hoc ipſum autem *continuum* eſt *civiliter* intelligendum, ita, ut non noceat juſtum impedimentum, quod intervallum aliquod tirocinii ac laboris cauſatur. Idque concludunt arg. *l. 3. ff. de divort.* ubi dicitur; *Quod ſi in brevi reverſa ſit uxor, non videatur divertiſſe*, nec non ex fictione juris poſtliminii, ut fingatur nunquam abfuiſſe, qui jure poſtliminii ad ſuos redit *l. 3. §. fin. ff. de captiv. & poſtlim.* Ut hinc etiam in talibus tyronibus non omne momentum temporis exigatur, ſed juſtum excuſationis tempus omnino admittendum ſit, ut ita, licet naturaliter abſens, tamen propter animum redeundi, quem habet, civiliter habeatur præſens & ſic ſolo animo poſſeſſionem vel quaſi juris opificiarii & annorum continuationem quaſi retineat, arg. *l. 44. §. fin. ff. de acquir. vel am. poſſeſſ.* Juſta vero cauſa talis impedimenti legitimi eſt (1.) tempus vacationis & feriarum, ſive dies ſint ordinario jure feſti, ſive alias ex conſuetudine opificiaria pro diebus feriatis reputentur. Unde ſi tiro in principio

vacationum diſceſſerit & in fine revertatur, gaudebit privilegio temporis intermedii arg. *l. 26. ff. de captiv. & poſtlim.* (2.) ſi tempore peſtis, morbi, aut alius neceſſitatis cauſa aliquantisper diverterit, per hoc enim itidem non cenſetur interrupta temporis continuatio arg. *l. 8. ff. de condit. & demonſtrat.*

* *Nemo alius Magiſter.* Adeo ut Magiſter talem fugitivum tyronem recipiens in 546
pœnam opificiariam incidat, prout proviſum eſt in der Tuchmacher-Ordnung zu Franckenhauſen, de dato den 14. Jun. 1670. *Artic. 13.* ibi: Nachdem auch etliche Lehr-Jungen ihren Abſchied hinter der Thür nehmen, und von ihren Lehr-Meiſtern, ohne erhebliche Urſachen austreten, auch andere Meiſter ſie an ſich ziehen, und in Arbeit halten mögen, ſo ſoll der Meiſter, welcher deſſen hinterkommen würde, Unſerm Ambte einen halben Gülden, und dem Handwerck einen halben Gülden Straffe zu erlegen ſchuldig ſeyn. Ac proinde ſi talis ma- 547
giſter multam ſolvere in ære nequeat, exercitio artis tamdiu privatur, usque dum ſolutionem præſtiterit. Prout proviſum eſt in Statutis Buccinatorum à Ferdinando II. Imp. de dato Regenſpurg anno 1628. die 27. Febr. *Num. 3.* verb. Da ein Lehr-Jung von ſeinem Meiſter entläufft, und zu einen andern, es ſey gleich, wo es wolle, an Fürſten-Höfen, Landſchafften, Reichs-Ständen, Heer-Trompetern, oder ins Feld ſich begeben thäte, ſo ſoll derjenige, ſo ihn annimmt, und deſſen Wiſſenſchafft trägt, um funffzig Reichs-Thaler geſtrafft, wofern er es mit Gelde nicht zu verbüſſen hätte, der Kunſt ſo lange beraubet ſeyn, biß ers bezahlt, und der Junge nicht paſſiret werden, biß er ſich bey ſeinen erſten Lehr-Meiſter wiederum einſtellt, und ſeine Jahr aushält. Idem repetitum fuit in confirmatione Ferdinandi III. Imp. *n. 4.* Conf. Fabri Staats-Cantzeley *Part. IV. Cap. 13. faſcic. 3.*

* **Verfallen.** Ita in ſpecie proviſum eſt in Reglement der Handwercker Ducis 548
Brunſuicenſis & Luneburgenſis Georgii Wilhelmi de dato Zelle den 4. Auguſt. 1692. *num. 22.* ibi: Wenn aber ein Junge aus Muthwillen, und ohne daß er durch dergleichen hartes Tractament darzu genöthiget wäre, vor Endigung der Lehr-Jahre entlauffen würde; Soll er den Meiſter (wofern er ſich nicht aus guten Willen dazu reſolviret) ſelbigen wiederum anzunehmen nicht ſchuldig, und der Junge ſo wohl ſeines bereits entrichteten, als noch etwan ſchuldigen Lehr-Geldes verluſtig, und falls er ſich zu einen andern Meiſter, obgleich von ſelbigen Handwerck, begiebet, die Lehr-Jahr wieder anzufangen ſchuldig ſeyn.

§. VIII.

Sin *pluries* aufugerit, Num toties recipiendus? An terminos acce- 549
pit gratia Magiſtri, ut nequeat, dum velit: An arbitrium erit ipſius? Diſpu-

 tatum

tatum fuit Vinariæ, in cauſa pueri Molhuſini, qui aliquoties à Magiſtro diſ-
ceſſerat, & jam bina vice receptus: An tertium recipiendus: Wieder ein
550 zutheidigen? An à tyrocinio abſolvendus? An planè repellendus? Pri-
mum illud optabat Puer, quia ſecundum non ſperabat, tertium autem no-
lebat. Secundum ſuadebat æquitas: per rationem, (1.) quod potiſſimam
tyrocinii partem jam adimpleverit: (2.) quod atteſtata probè hauſtæ artis
acceperit, (3.) quod diſceſſus ex cauſa morbi factus, & (4.) anterior Magi-
ſter ſuus ſanitati reſtitutum recipere noluerit: à cujus partibus ſtabat ipſe
551 Senatus. Tertium verò urgebat Collegium Pileonum, tanquam juribus
artificii ſe indignum reddiderit, habe das Handwerck verloſſen; ac propter-
ea literas natalitias cecidiſſe in commiſſum. Neque audebat Collegium
Senatui, quantum ad ſecundum attinet, accedere, aut in cauſa artem con-
cernente aliquid, propter paucitatem contribulium ſtatuere; quare, ne
res paucorum Sodalium periculo foret atque præjudicio, ad vicina quæ-
552 dam Collegia rem deferendam conventum. Et ſolet al. modus ille expe-
dientiſſimus haberi; ac dum amicabiliter judicia illorum ab ipſis modo fuiſ-
ſent requiſita: qualia inter Mercatores etiam ſunt uſitata, & Italico voca-
bulo PARERE vocantur. conf. Marqu. *de Jure commerc. L.2.c.12.n.44.p.
321. & L.3.c.6.n.52.pag.413.* Sed quoniam eos evocare atque in ſubſidium
juris citare placuerat, evenit, ut nec comparere ipſi, neque hoc iis injun-
553 gere vellet Senatus. *Ita 31. Maji. 1659.* Simile exemplum non ita pridem
contingebat, quando Chriſtian Weber, Camburgenſis, Zonarii cujusdam
tyro, de expulſione ac negata receptione conquerebatur, atque objectam
fugæ iterationem purgare ſatagebat atteſtato Senatus patrii, quod à priori
554 Magiſtro non aufugerit. Magiſter contra expulſionem negare, fugam ad-
ſeverare: quartum ſe Magiſtrum eſſe ad quem ab aliis pervenerit: cauſam
fugæ inſufficientem dicere, par alaparum, quas poſt totius diei diſcurſatio-
nem, ad cœnam reverſo inflixerit; cum increpatione: ubi per diem ober-
raverit, ibi noctu quoque cœnaret: quæ non ſit Expulſio: quare Receptio-
nem ad arbitrium & Parere vicinorum collegiorum rejecit: conſentiente
& jubente Senatu ☿ *12. Mart. 1679.*

ANNOTATIO.

555 * **Verloſſen.** Ita apud Buccinatores receptum; Ut ſi Tyro finem temporis
diſciplinæ præſcriptum & ſolennem miſſionem non expectans, aut quocunque
modo artem derelinquens, didactrum nihilominus ſolvere obſtrictus eſt: ne-
que tamen jura & privilegia buccinatorum, etſi omnium optimè buccinari ſci-
at, conſequi poteſt, ſed in ſtatu tirocinii manet, & miſſio conſueta ipſi dene-
ga-

gatur, nec unquam inter legitimos buccinatores toleratur. Uti habet Privilegium Ferdinandi III. *n.* 5. quod exhibet Fabri Staats⸗Cantzley *Part. 4. cap. 13. faſc. 3.* Conf. Dn. Wildvogel *Diſſertat. de Buccinator.* §. *20.*

§. IX.

Fuit equidem antiquitati remedium excogitatum adverſus fugam, 556
Inuſtio ſcil. Stigmatis, Brandzeichen/Brandmahl: quod de ſervis fugitivis ſtigmate notandis dicitur in *l. 2. C. de ſerv. fugit. l. 1. & 2. eod.* Id. Gailius *tr. de Areſt. Imp. cap. VIII. n. 10.* ad noſtras accommodat mores, & homines proprios, die leibeigene Leut/ qui malitioſè ſæpe fugiunt, non dominorum ſævitia aut intolerabili imperio, non loci ſterilitate, ſed inobedientia & vini deſiderio ad hoc invitati; Sicut multi ex Suevia, agro frumenti fertiliſſimo, in Auſtriam vini feraciſſimam profugos deprehenderit, in popinis ignaviæ litantes, dignos qui cum ſtigmate dimittantur. Wehner. *Obſ. pr. verb.* Brand⸗Zeichen. *pag. 76.* Idem applicatum ad Tyrones, quibus brachia 557
ſignabantur, prout colligimus ex *l. 3. C. de Fabricenſib. Lib. IX.* qui & ipſi ſignandi dicuntur, & ad imitationem quidem tyronum: Tyrones igitur ipſi primi fuere ſignati: An autem qui militiæ addicebantur? An qui aliis artibus & opificiis, hic exaudiendi veniant; An ipſorum Fabricenſium tyrones in ſpecie? placet nunc excutere. Perezius in ea videtur eſſe opinione, 558
ſtigma notam excellentiæ in arte, & ad evitandam confuſionem adhibitum fuiſſe; ut, ſi cœterorum artificum eſſet in Rep. confuſio, horum tamen Fabricenſium eſſet aliquod diſcrimen, quo periti ab imperitis diſcernerentur, ſtigmate nim. *Comment. Cod. d. t. n. 9.* Quod nobis tamen ſecus vi- 559
detur; Ecquis enim arte ſua efficeret, ut notam incurrat? credo, quemlibet notam hanc effugere quæſiviſſe: atque ita Principem hoc inſtituto effecturum eſſe, ne quisquam audeat in arte excellere. Ac ſero nimis fuiſſet, Magiſtros, & inter hos excellentes ſignare; cum hi utique perſtituri ſint; callo ſemel obducto, & his quæ in arte dura, aſpera & adverſa ſunt, dudum exantlatis: In eam denique conditionem delati, ut gravioribus laboribus ſe valeant tantisper ſubducere, tyronibus in locum ſurrogatis. At 560
verò hos ſignari, magis erat neceſſarium, propter metum fugæ, qua conſuleret ſibi, & laboribus inſolitis ſubducere frequenter ſolebant. Dum E. adverſus fugam ſtigmata inventa, præmium excellentiæ eſſe minimè potuerunt: odioſa credo, non favorabilia fuiſſe. Duo præprimis adhuc videnda, (1.) Quale tandem ſignum fuerit? Ex *l. 1. C. de Aquæduct. lib. XI.* colli- 561
gendum puto, Nomen fuiſſe Principis: ſeu literas initiales Cæſarei nominis;

nis; Unde Auguſtinus, Regium characterem vocat, quale manibus Aqua-
riorum impreſſum dicitur; tantum notitiæ, ac dominii ſignum; Ejus
quippe res creditur eſſe ſignata, cujus ſigno invenitur notata. *l. 1. §. f. ff. de*
561 *ſerv. fugit.* Klock. *v. 1. C. 29. n. 212. & n. 748.* (2.) Qua corporis parte fuerint
notati? Nim. facinoroſi in facie, fronte, genis atque maxillis: conf. He-
nel. *Otii Uratislav. cap. 16. p. 120. ſeq.* Milites in Manibus, ut docet Lipſius
Lib. de Milit. Rom. ſub fin. Hinc Aëtius *lib. 8. cap. 12.* Stigmata vocant, quæ in
facie aut alia parte corporis inſcribuntur, qualia ſunt militum in manibus.
Puncturæ militum ſunt in manibus, ait Aelianus. Hoc ipſum ſignum mi-
563 litis vocat Chryſoſtomus *ad Rom. IV. 2.* Sed Brachio artifices, ut in Fabri-
cenſibus. *l. 3. C. de Fabricenſ.* & Hydrophylacibus. *l. 10. C. de aquæ duct.* Quia
vel alicubi debebant recognoſci: notam in facie nullatenus potuiſſent oc-
cultare, & puduiſſet forſan: quin ipſos facinoroſos in facie notare amplius
vetarunt Impp. *d. l. 17.* quod facies hominis ad ſimilitudinem Dei creata,
tam fœdè maculari non debeat. conf. Georg. C. Walther. *Poſtill. harmon.*
564 *ad domin. Jubil. §. 151. p. 354.* Sed hodie id non ſervatur; cum ferarum de-
prædatores ita notari ſoleant. Jure quoque Sax. ſtigmatis inuſtio frequen-
ter fuſtigationi adjicitur, origine à Longobardorum legibus deducta. *Gl.*
Weichb. art. 38. vid. Mynſing. *2. O. 46.* Fachſ. *diff. 66.* Reinhard. *part. 2. diff. 7.*
Alex. *in l. cum in diverſis. de relig. & ſumpt. fun.* Caſſan. *catal. glor. mund. part. 6.*
565 *conſid. 46.* Rebuff. *in l. hominis. 152. verb. in facie. de V. S.* Aliquando nihilo mi-
nus faciei pariter ac tergo inuritur, uti ante biennium falſario cuidam heic
loci accidebat: quanquam id etiam ideo factum putem, ne ulterius nudum
ſe oſtenderet, ac ſpoliatum mentiretur, quod paſſim antea fecerat. No-
tam in brachio, & invenit qui deſiderat, & non videt tamen, ad quem ea res
566 non pertinet. Non tamen unius & brachium & manus: neque credo Fa-
bricenſibus brachia, Aquariis manus ſignabantur, ſed ea utrique regio, qua
manus & brachium diſtingui incipiunt, ſeu quos usque manus è manica
porrigitur. Utrumque autem eapropter, quod neque ſic facile occulte-
tur, verum inter operandum pars illa nudetur, ſic ut ſignum ſit hominis
567 negocioſi & occupati, Brachiis nudatum eſſe. Iſtud pro limitatione tene-
ri velim, Non eſſe Tyrones obſtrictos ad continuanda & emetienda ſpacia
doctrinæ apud Magiſtrum, qui convitium ſibi dictum, haut ulciſcitur, ſed
cauſam in ſuſpenſo relinquit. Adeoque integrum ipſis relinquitur, docu-
mentum nativitatis repetere, atque alium quærere ſibi Doctorem. Ne
videlicet quis particeps fiat odii dominici, & peregrinam cogatur luere cul-
568 pam; Dum à cœteris Magiſtris regularibus atque collegiatis ſpernitur, nec
pro-

promovetur, ſed Magiſtro ſuo domum remittitur. Quare, Senatus in tali caſu Magiſtro M. H. R. alternativè injunxit, aut famam intra nundinas Lipſienſes proximas purgare ac vindicare, aut puero literas natalitias reſtituere d. 15. *Mart.* 1678.

ANNOTATIONES.

* *Continuanda.* Addi poteſt & illa cauſa, ſi facultatibus labatur Magiſter, ut opificium continuare non poſſit, & ita deſtituatur occaſione ac facultate opificium demonſtrandi & inſtituendi tyronem. Prout diſpoſitum legitur in der Weißgerber-Ordnung in terris Electoribus Saxoniæ confirmata à Johanne Georgio II. Electore Saxoniæ de dato Dreßden den 15. Jun. 1661. *Art.* 6. ibi: So aber ein Meiſter einen Lehr-Jungen eines zwey oder drey Jahr in ſeiner Werckſtatt hätte, und der Meiſter in ſolcher Zeit / ehe die 5. Lehr-Jahre umb und verfloſſen, in Abfall ſeiner Nahrung, durch waſſerley Mittel ſolches auch geſchehen möchte / gerathen ſolte, alſo, daß der Meiſter den Lehr-Jungen nicht gantz und gar auslernen könte, ſoll auff Erkänntniß eines ehrbaren Handwercks, er der Junge, zu einen andern Meiſter, ſein Handwerck vollends auszulernen, untergebracht werden. 569

* *Repetere.* Quo ſpectat illud, quod diſpoſitum eſt in der Weymariſchen Bader-Ordnung *Artic.* 11. verb. Jngleichen ein Junge, welcher auf das Handwerck aufgedinget, und zuvor ſeinen Geburths-Brieff untadelhafft, wie bräuchlich, in die Lade eingelegt; Soll danebens zweene Bürgen ſetzen, welche caviren und geloben ſollen, daß wofern der Lehr-Junge vor Ausgang der Lehr-Jahre ohne genugſame und gegebene Urſache entlieffe, ſie die Bürgen den Lehr-Knaben innerhalb Monaths-Friſt wieder ſtellen, oder in Verbleibung deſſen, ſollen gedachte Bürgen, auf Erkäntniß der Obrigkeit und Jnnungs-Meiſter das halbe Lehr-Geld und Betten, und zweene Thlr. in die Lade zu geben pflichtig ſeyn; Würde aber der Lehr-Junge erhebliche und genugſame Urſachen ſeines Entlauffens über ſeinen Lehr-Meiſter vorbringen, ſoll dieſer, nach Befindung der Sachen in des Handwercks Straffe verfallen, ferner auch kein Lehr-Geld zu geben ſchuldig, auch nach Gelegenheit der Zeit, etwas vom Lehr-Geld, und die Betten zurück zu fodern befugt ſeyn. 570

Cap. X. de Emendatione Puerorum.

Conſpectus.

Diſciplina Magiſtro in tironem commiſſa. n.571.572.577.
Diſtinguendum inter delicta communia & opiſiciaria. n.573. & ſeqq.
Magiſter in diſciplina modum excedens quomodo teneatur. n.578. & ſeqq.
Si vulneraverit Magiſter tironem in diſciplina, convenitur ex Lege Aquilia. n.584. & ſeqq.
Sin puer ob ſævitiam Magiſtri aufugerit, nec tuto rurſus ipſi committi queat, cautio quandoque exigitur, vel alii magiſtro committitur. n.588. & ſeqq.

§. I.

571 HÆc de Receptione doctrinæ dicta ſunto: conf. *Art. VIII. §.2.* Supereſt, ut de Paſſione Diſciplinæ, hoc eſt correctione & caſtigatione, paucis nos expediamus. Quæſtio nim. eſt: Quid liceat Magiſtro in puerum? Sanè enim non artis ſolum docendæ, ſed & diſciplinæ cauſa puer ipſi com-
572 miſſus eſt: Jam verò, ſi Negligens ſit, aut Petulans, aut alias Refractarius, ſi Fur, ſi Mendax, aut ſecretorum domeſticorum diſſeminator: Annon coërcere ipſum licebit Magiſtro? Et, ſi licet, quouſque? quis in caſtigando ſervandus erit modus? An verò Parentibus, Propinquis, Tutoribus re-
573 mittet, aut Magiſtratui denunciabit? Diſtinguimus inter delicta communia & moralia, ſeu ad genus morum; & ea quæ in ſpecie ad artificium & ejus doctrinam pertinent. Ad mores quod attinet, ſunt alii exceſſus leviores & quaſi pueriles, petulantiæ juventutis mage quam vitio & malitiæ im-
574 putandi: v. g. ſomnolentia, oblivio, petulantia; Et hoc Magiſter, non ut talis, ſed ut Paterfamilias & dominus domus, tanquam ſi pater eſſet, corrigit, monendo, hortando, increpando, gradatim, etiam verberando, ſi vitia numero & gradu creſcant, ſi ſubfurari edulia, cereviſiam &c. incipiant. Nil vetat quoque Parentes, aut qui eorum ſunt loco, in auxilium vocare;
575 ut ita vitiis undiquaque obſtruatur. Graviores autem exceſſus, & à puberibus commiſſos, quorum vindicta eſt publica, ubi ſpes emendationis deſinit, ad Magiſtratum utique deferet, ut is pro modo admiſſi in delinquentem ſtatuat. arg. *l.1. ff. de Jur. patr. l.1. §.10. ff. de Off. Præf. urb. l. 11. §. 1. & 2. ff.*

ad

ad L. Corn. de Sic. ut, ſi magnum in rebus domini commiſiſſet furtum. Cir- 576
ca ea quæ ad artem addiſcendam & exercendam attinent, uti ſunt Inadver-
tentia, Ruſticitas, Negligentia, licet Magiſtro puerum caſtigare, docen-
di ac monendi gratia, ſed modicè *l. 5. §. f. ff. ad L. Aquil. l. 13. §. 4. ff. Loc. l. 15.*
§. 38. ff. de Injur. l. un. C. de Emend. ſerv. l. un. C. de Emend. propinq. Stammer.
de ſervit. perſon. Lib. II. cap. 4. n. 10. Ita Senatus in quadam cauſa ☿ *12. Mart.*
1679. Solte Ihn zwar züchtigen / doch Maaß halten.

ANNOTATIO.

* *Mores.* De correctione ac diſciplina morum, maximè quatenus ad informa- 577
tionem pietatis facit, magiſter omnino debet eſſe ſollicitus. Uti extat Baye-
riſche Landes- und Policey-Ordnung *Lib. IV. tit. 1. Art. 6.* ibi: Die Meiſter
ſollen die Lehr-Jungen in gebührender Zucht halten, Ihnen den Trutz, Muth-
willen und andere Ungebühr nicht geſtatten, ſonderlich aber in der Religion
und guten Sitten, ſo viel möglich, unterweiſen, an denen Feyertagen zu Be-
ſuchung des Gottesdienſtes halten, und zur Kinder-Lehre ſchicken, dieſelbe
auch, und damit ſie ihr Handwerck deſto beſſer lernen, zu keiner andern Hauß-
Arbeit, als was einen Lehr-Jungen gebührt, gebrauchen, und da ſie einer
Zucht und Straffe bedürffen, dieſelbe gegen ihnen mit gebührender Beſchei-
denheit vornehmen, ihnen auch die nothwendige Speiſe, daß ſie bey Geſund-
heit bleiben mögen, geben.

§. II.

Quod ſi Magiſter vel increpando vel caſtigando modum excedat, 578
Utrum deſuper conveniri queat, quibus actionibus; & à quo? Quæritur.
Reſpiciendum erit ad negocia, quæ cum ipſo inita, quænam ſupergrediatur,
& quo modo: Nam ſi parum doceat, puerum ab arte ad negocia familiaria
abſtrahat, ad infantulos gerendos, & ſimiliter contra legem conventionis
faxit: Tunc & actione locati conveniri poterit; locavit enim operas, qua-
tenus ad artem propagandam diriguntur. Sed num à Puero? Equidem ne- 579
gaveris, arg. *§. 4. J. de ſuſpect. Tut. Sed*, nec dubito quin puer ipſe conqueri
poſſit, & provocare magiſtrum, ad opera ſibi committenda, ex quibus pro-
ficere in arte valeat, ſolte Ihm was rechtſchaffens unter die Hände geben;
dum idoneus eſt: igitur præſtat, ut coram Collegio, quam Senatu, & de-
nunciando magis quam ordinaria actione id faciat. Talis erat caſus Pertu-
chii, de quo modo plura. Si deinde Magiſter puerum odioſis nominibus, 580
zu/oder bey Nahmen / Saxo Oekel-Nahmen vocat, inſigniat, aut probroſis
etiam convitiis famam ipſius proſcindat: Negat quidem Julianus, injuria-

rum actionem competere; quia non injuriæ faciendæ cauſa hoc fecerit, ſed
581 præcipiendi ergo *l. 13. §. 4. ff. Locat.* Quod ſi tamen in alicujus injuriam, ac ſpecietenus in Parentum aut familiæ contumeliam tendant, utique competere arbitror: non ipſi tamen puero, ſed Patri. arg. *§. 3. J. de Injur.* Ita ſervatum in cauſa Matthiæ Schmids, Rhodani, Tut. nom. Georg. Andreas
582 Hänſigen adverſus Mich. Görgel ♀ *24. Jan. 1680.* Si verbis verbera acceſſerint, eaque atrociora, ut, ſi calce percuſſerit ac contuderit, ſi neceſſaria, cibum ac potum non porrexerit; convenientius eſt, alium petere Magiſtrum: quæ videtur actio locati in factum ſubſidiaria, quia datur ad hoc ut à contractu recedatur. arg. *§. ult. J. de Emt. vend.* Niſi quod in cauſis opificum etiam ſubſidiariæ ſummariter ſaltem, ac per modum implorationis
583 exercentur. Viderint tamen, qui una vel altera via utuntur, ut preces ſuæ veritate nitantur; alioquin enim non petitis modo excident, verum etiam in pœnam Magiſtratui pendendam incident, pro diverſitate circumſtantiarum Increpationem, Carcerem, aut ſim. ac nihilominus ad priſtinum redire Magiſtrum jubebuntur: prout ſervatum ♀ *22. Oct. 1680.* in cauſa Matthæi Pertuchii contra Jacob Schmidt/ gladiorum ſeu cultrorum artifi-
584 cem. Si denique Magiſter in diſciplina vulneraverit puerum, vel occiderit: An Aquilia teneatur, vel Lege Cornelia? Julianus ſcribit: Teneri eum Aquilia, qui eluſcaverat diſcipulum in diſciplina *l. 13. §. 4. ff. Locati.* Multo magis igitur in Occiſo idem erit dicendum. Proponitur autem apud eum
585 ſpecies talis: Sutor puero diſcenti, ingenuo, filiofam. parum benè facienti quod demonſtraverat, forma calcei cervicem percuſſit, ut oculus puero perfunderetur. Dicit igitur Julianus: Injuriarum quidem actionem non competere, quia non faciendæ injuriæ cauſa percuſſerit, ſed monendi & docendi cauſa. An ex locato? dubitat: quia levis duntaxat caſtigatio con-
586 ceſſa eſt docenti. Sed lege Aquilia poſſe agi non dubitat Ulpianus *l. 5. §. f. ff. ad L. Aquil.* Præceptoris enim nimia ſævitia culpæ aſſignatur. Paulus *Lib. 22. ad Edictum.* Qua actione Patrem conſecuturum ait Ulpianus, quod minus ex operis filii ſui, propter vitiatum oculum ſit habiturus, & impendia quæ pro ejus curatione fecerit. *l. 6. & l. 7. pr. ff. ad L. Aquil.*

ANNOTATIO.

587 * *Senatu.* Sin magiſter duriori tractatione modum diſciplinæ opificiariæ exceſſerit; Senatus Oppidanus cognitionem & vindictam habere ſolet. Prout proviſum eſt in den Reglement Ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis Georgii Wilhelmi de dato Zelle den 4. Aug. 1692. *n. 21.* ibi: Die Meiſter ſollen ſolche Lehr-Jungen nicht allein mit allen Fleiß und gründlich unterweiſen, ſondern

ſondern auch chriſtlich und vernünfftig tractiren, nicht aber mit unverdienten,
oder auch übermäßigen Schlägen und andern Sævitien denenſelben zuſetzen,
und dadurch die Lehr-Jahre zu verlauffen, nöthigen, noch auch ſolche Jungen
mit übermäßiger Hauß- und Feld-Arbeit, alſo, daß ſie dadurch an tüchtiger
Erlernung des Handwercks gehindert werden, belegen, weniger aber ihren
Ehe-Weibern und Geſellen, dergleichen zu thun, verſtatten? Geſtalten denn
eines jeden Orthes Obrigkeit, wenn dieſer wegen Klage bey ihr geführet wird,
darunter gehöriges Einſehen zu thun, und den ſchuldig-befundenen Meiſter
oder Geſellen, geſtalten Sachen nach, darüber zu beſtraffen, auch da der Junge durch ſolche harte Sævitz auszutreten genöthiget ſeyn ſolte, den Meiſter
Jhn wieder anzunehmen, und inskünfftige beſcheidentlicher zu verfahren, anzuweiſen haben wird.

§. III.

Quid, ſi Puer ob ſævitiam Magiſtri aufugit; neque tutum ſit, eun- 588
dem eidem rurſus committi; Utrum alium eidem præſtabit Magiſtrum,
An compelletur eidem libertatem dare, ſolle Jhn frey ſprechen / und die Lehre bekennen: An inſuper didactrum reſtituere & documentum natalitium
extradere? Alternativè hæc ſupplici libello complectebatur G. A. Hänſigen, adverſus Magiſtrum ſuum M. Sörgeln Pectinarium: Quia non ut ho- 589
mo aut Chriſtianus, ſed ut canis habitus; &, cum nemo curam ſui, quippe
orphani geſſerit cauſamve egerit, diſcedere coactus fuerit: Rogare itaque,
ut niſi velit libertatem dare, ausgelernt geben / reſtituat didactrum & Nativitatis teſtimonium. Reſcriptum equidem *d. 26. Xbr. 1680.* ut cauſa cognita Senatus rem ex æquo definiat; Sed actor cauſam deſeruit: Cœtero 590
quin, re probata, alii Magiſtro committendum fuiſſe arbitramur. arg. §. *2.*
J. de his qui ſui vel al. jur. Sed num ad ſuum Magiſtrum remiſſus, Cautionem ab eodem exiget, eaque negata reditum negare poterit? quod quidem
faciebat Chriſtian Weber, Negans aliter ad Joh. Nebelthau ſe rediturum:
Verum, quoniam neque Magiſter eundem recipere cupiebat, ſed ad alia
collegia provocabat, cautione iſthac non fuit opus, ſed uterque ſub ea lege ad Collegiorum arbitrium à Senatu eſt dimiſſus ☿ *12. Mart. 1679.* Cœte- 591
roquin, habita ratione & pueri, qui ſit tractabilis, & Magiſtri conſideratione, quod ſit immitis, à cautione alienus non eſſem: argumento ejus, quod
& inter conjuges ob ſævitiam inſecuros, cohabitio haud injungitur diſcedenti, prius quam ſufficienti cautione ſecurus fuerit factus. Carpz. *Iprud.*
Conſiſt. L. 2. d. 218. per tot. junct. *pr. Cr. Qu. 37. n. 79. ſqq.* quæ pro diverſitate
poteſt eſſe hypothecaria. dict. Iprud. conſiſt. *d. 210. junct. d. 211. n. 11.*

X 2 * *Alium*

ANNOTATIONES.

592 * *Alium magiſtrum.* Ita reſponſum fuit à Collegio Juridico Jenenſi Menſ. Aug. 1697. ad requiſitionem Chirurgi Romhildenſis. Verb. Als Uns die zwiſchen Hanß Georg Hartmann/ Barbier-Jungen/ und deſſen Lehr-Meiſter Hans Burchard Schülern/ wie auch deſſen Ehe-Weib und Magd ergangenen Acta, nebſt einer Frage zugeſchicket/ und darüber des Rechtens ſich zu berichten/ gebeten worden. Demnach ſprechen wir vor Recht/ dieweil ſo wohl Schüler als deſſen Weib und Magd auf Articul geantwortet/ ſo ſind über diejenige Puncta/ ſo von ihnen verneinet worden/ die Zeugen anderweit zu vernehmen/ und mit denenſelben zu confrontiren/ auch in Fall Bedürffniß/ über ihre Ausſage zu vereyden. Immittelſt aber der Lehr-Junge einem andern Meiſter/ gegen billiche Vergeltung/ auſzudingen; Ingleichen denen Inquiſiten ihre defenſion zu verſtatten/ und ihnen allerſeits dazu eine Monaths-Friſt einzuräumen/ worauff ferner ergehet/ was Recht iſt.

593 * *Reſtituere.* Ita placuit Sereniſſimo Principi Schwartzburgico definire *in* Statutis confirmatis der Tuchmacher-Ordnung zu Franckenhauſen/ de dato den 14. Jun. 1670. *Artic. 14.* ibi: In Fall aber der Meiſter den Jungen wider Gebühr und allzu ſtrenge hielte/ daß ihm die Lehr-Jahre auszuſtehen unmöglich/ ſo ſoll es der Junge bey denen Ober-Meiſtern gebührend anbringen/ ſelbige den Meiſter darüber zur Rede ſetzen/ Anfangs davon gütlich abmahnen/ hernach aber/ und wenn der Meiſter von allzu harter Bezeigung nicht abſtünde/ dem Lehr-Jungen einen andern Meiſter zuweiſen/ und der alte Meiſter/ was er an Lehr-Gelde vielleicht voraus zu viel auffgehoben/ nach proportion der Zeit/ die er noch zu lernen hat/ wieder heraus zu geben/ angehalten werden. Idem proviſum eſt in der Fürſtl. Schwartzburg-Gehriſchen Bader-Ordnung *Art. 8. in verb.* ibi: Darnebenſt/ daß Eltern oder Vormünder durch Bürgen oder ſonſten genügens caviren und geloben/ daß woferne der Lehr-Junge vor Ausgang der Lehr-Jahre ohne genugſam gegebene Urſach entlieffe; Sie die Bürgen den Knaben innerhalb Monaths-Friſt wieder ſtellen/ oder in Verbleibung deſſen/ auff Erkänntniß der Innungs-Meiſter/ jedoch mit Vorbewuſt der Ampts-Obrigkeit/ das halbe Lehr-Geld und zwey Thaler in die Lade zu geben/ pflichtig ſeyn ſolten/ würde aber über Zuverſicht der Lehr-Junge erhebliche und genugſame Urſachen ſeines Entlauffens über ſeinen Lehr-Meiſter vorbringen/ ſoll er keinen Heller zu geben ſchuldig ſeyn.

* *Arbitramur.* Idem temperamentum placuit Sereniſſimo Principi Schwartzburgico, qui in Statutis Piſtorum Franckenhuſanorum de dato den 30. Maji 1695. *Artic.* 4. ibi; Wie denn auch auff den Fall, da der Meiſter den Lehr-Jungen dermaſſen hart hielte / daß er bey ihm auszuſtehen nicht vermöchte, auff vorhergehende Erkänntniß des Handwercks, nach einen andern Meiſter ihm ſich umzuthun, und bey ſelbigen die Lehr-Zeit vollends auszuſtehen frey gelaſſen ſeyn ſolle. 594

* *Cautione.* Atque ita etiam in caſu quo Chriſtoph. Paul murarius, tironem ſuum Joh. Georg Klugen Eiſenbergenſem aſperius tractaverat, non verberibus modo innumeris vicibus & jactu quoque lapidum ſic, ut dentes ei quoque binos ejecerit, cautio injuncta fuit Citzæ den 31. Sept. 1678. Verb. Chriſtoph Paul ſoll ſeiner Gerichts-Obrigkeit und Handwerck zwantzig Gülden zur Caution ſtellen, daß er ſich hinführo mit Schlägen und Worten an ihn ſich nicht vergreiffen wolle; Und ſo der Junge hingegen ſich ungehorſam und ſäumig erzeigen würde, ſolches ſeinen Bürger-Meiſter klagen; der ungebührlichen Verwundung wegen aber, dem Handwerck 30. Gülden, unbeſchadet der Gerichts-Straffe entrichten ſoll. 595

CAP. XI.
de
Didactro. Vom Lehr-Gelde.

Conſpectus.

Didactrum in genere quid ſit & ſpecies ejus cognatæ recenſentur. n. 596. 597.
Quid ſit minerval & quomodo differat à didactro. n. 598.
Item Manupretium. n. 599.
Salarium & Stipendium. n. 600.
Nemo gratis docere tenetur. n. 601. & ſeqq.
Pauperes diſcipuli didactrum operis compenſant vel tironicis, vel boëticis. n. 602. 605.
Remedia extrajudicialia conſequendi didactrum n. 606.
Quis teneatur ſolvere didactrum, per varias quæſtiones explanatur. n. 607. & ſeqq.
Impenſæ artium quæ neceſſariæ, quæ utiles dicantur. n. 610. & ſeqq.
Differentia inter impenſas artium & alimenta. n. 614. & ſeqq.
Quid juris ſit circa didactrum, ſi tiro moriatur intra tempus doctrinale. n. 620.
Quæritur, ſi creditor ſervos oppignoratos artificiis inſtruxerit, an impenſas repetere poſſit. n. 621. & ſeqq.

Fideicommiſſum ut hæres artem aliquam honeſtam doceat, quomodo interpretandum. n. 640.

Quid conſequatur is, qui partum expoſitum artibus inſtruxit. n. 641. & ſeqq.

Explicatur l. 15. Cod. de negot. geſt. de mercede pro privignis magiſtro præſtita. n. 644. & ſeqq.

Quæ ſunt remedia recuperandi expenſas artificii cauſa erogatas. n. 653. & ſeqq.

Anni pauperum duplicati non computantur in ſpatio interſtitii doctrinalis. n. 665.

Quantitas didactri jure communi non eſt definita. n. 666.

Conſtitutio Electoralis Saxonica de manupretio Opificum explicatur. n. 668.

Quantitas didactri ex ſtatutis maxime & obſervantia Collegiorum æſtimanda. n. 669. 670.

Proportio quantitatis unde deducenda ſit. n. 671. & ſeqq.

Conventionibus partium quomodo didactrum definiri poſſit. n. 677. & ſeqq.

Anticipata didactri ſolutio & cautio magiſtrorum. n. 680. & ſeqq.

Permiſſum eſt magiſtro gratis tironem recipere. n. 685.

Quantitas didactri aliquando ſolet eſſe Statutis definita. n. 686.

Si puer moriatur ante ſpatium doctrinale elapſum, quatenus didactrum poſſit repeti vel non. n. 687.

L. 10. ff. de ann. Legat. explicatur. n. 688.

Quid juris ſit circa didactrum ſi magiſter præmoriatur. n. 689.

§. I.

596 DIdactrum græco vocabulo dicitur illud, quod Præceptori in compen-
ſationem informationis datur, aliter etiam *διδασκάλια*: quemadmo-
dum quæ Medico pro reſtituta ſanitate penduntur, *σῶςρα σωτήρια* &
597 *ἰατρεῖα*: quæ Educatori, *θρέπτρα*, apud Pollucem, *Lib. 6. cap. 40.* Quæ Nun-
cio, bona nova ferenti, *εὐαγγέλια*: quæ aliud ferenti, *κόμιςρα*: quæ Indici,
μήνυςρα, latinè Indicium *l. 15. ff. præſcr. verb. l. 4. ff. de condict. ob turp. cauſ. l. 1. de Proxen.* quæ Athletæ, *ἆθλα*: Quæ denique Militi ob ſtrenuitatem, *ἀρι-*
598 *ςεῖα, ἐπινίκια, νικητήρια* dicuntur. Sunt, qui *Minervalia* didactro compa-
rant; ſed hoc diſtant, quod Minerval priſcis fuerit munuſculum, quo ob-
lato aliquis commendatur in diſciplinam magiſtri; non igitur doctrinæ mer-
ces: Hæc menſtrua erat, ut hodie Magiſtrorum exercitia corporis traden-
tium; Illud ſemel ſub ingreſſum dabatur, als zum Lehrkauff. Alii *ἐπίχειρα*
599 & *χειροτέχνη* dicunt; quæ artifici dantur: ſed *manupretium* id mihi videtur;
ſeu id, quod propter artificium, ad materiam transformandam adhibitum,
ipſi licet petere, æſtimationem artis, non propagandæ aut transplantandæ,

ſed

ſed exercendæ & operum juxta legem artis producendorum: quaſi Hand-
lohn. *Salarium* vero Clientibus, Miniſtris, atque Officialibus perſolvitur. 600
Stipendium denique militaris erogatio atque ſtipes eſt: Omnia denique huc
conveniunt, quod expenſam in certum negocium denotent. Didactrum
igitur nobis in præſens illud denotat, quod pro puero arte quadam imbu-
endo, is qui tradit, expendere neceſſum habet. Ac ſanè, ad gratis docen- 601
dum nemo tenetur, ſicut nec ſuis militare ſtipendiis *c. 16. x. de Præſcript.* ſed
aut ex publico ſalarium accipit, ut artium liberalium Magiſtri, aut à diſci-
pulis expectare jubetur, ſicut Sabinus, cujus amplæ non fuerunt faculta-
tes, plurimum à ſuis auditoribus ſuſtentatus ſcribitur in *l. 2. §. 47. ff. de O. J.*
Et, ſi alicujus diſcipuli facultates non ſinant hoc, diutius ſtare in diſciplina 602
tenetur, ut opera poſteriorum annorum, quodammodò compenſet * ſtudi-
um Magiſtri annorum priorum; & ſic intereſt, gratis doceatur, an aliquo
dato: etiam quoad fugam & deſertionem. conf. quæ plura diximus *Sup.
Art. 8. §. 5. A. 9. §. 1. circa f. & §. 3. in m.* Ac, ſi non ſolvatur ſalarium, auxili- 603
um Magiſtratus * implorare licet. Præſes Provinciæ de Mercedibus jus di-
cere ſolet; ſed Præceptoribus tantum ſtudiorum liberalium; Cœterarum
artium opificibus, quæ ſunt extra literas & notas poſitæ, nequaquam extra
ordinem Jus dicere Præſes debebit: *l. 1. pr. & §. 7. ff. de var. & extraord. cogn.*
Ex quibus conſtat, quod diximus: Neminem teneri ad gratis docendum, 604
quamquam non omnes Magiſtri æquè ſint privilegiati; & illiberalium qui-
dem artium Magiſtri jure ordinario, h. e. ex illo quem cum diſcipulo vel quo
alio ejus nomine, inierunt contractu, agere & experiri teneantur.

ANNOTATIONES.

* *Compenſet.* Vel etiam talis moderatio Statutis Opificum habetur inſerta, ut 605
deinde, facta miſſione, operis boëthicis compenſetur didactrum reſiduum,
prout habet Bayeriſche Land und Policey-Ordnung *Lib. IV. tit. 1. Art. 4.*
ibi: Es mag auch ein ſolcher armer Lehr-Junge mit dieſer Maaß und Ge-
ding auff die ordentlichen Lehr-Jahre angenommen werden / daß nach
Endung derſelben / er ſeinen Meiſter ſo lange Geſellen-weiſe arbeiten / und
ſich alſo zu verſchreiben ſchuldig ſeyn ſolle / biß er ihm das gewöhnliche und
geſetzte Lern-Geld abgedienet / oder daſſelbe ihn ſonſten erſtattet hat.

* *Magiſtratus.* Dantur præterea etiam extrajudicialia remedia ad conſequen- 606
dam promiſſam mercedem, nimirum *retentio pueri*, ita ut non teneatur prius
magiſter tyronem ſua poteſtate & doctrina dimittere, donec didactrum exſo-
lutum fuerit. Ita habent Statuta Collegii Piſtorum Franckenhuſani de da-
to

to die 30. Maji 1695. *Artic. 4.* ibi: Und wenn er ausgelernet / ſoll der Lehr-
Junge ſich mit ſeinen Lehr-Meiſter des verheiſchenen Lehr-Geldes halber/
gäntzlichen zu entſchichtigen ſchuldig ſeyn / und ehe denn ſolches geſchehen/
nicht loß gezehlet werden.

§. II.

607 De hoc Didactro, cum Expenſa ſit, ſequentia cogitanda dicendave
erunt: Quæ ejus natura: Quis, Cui ſolvat; Quæ ejus quantitas. Equi-
dem nil dictu facilius videbatur, quam: Solvendum eſſe Magiſtro à puero,
vel vice illius ab eo, qui eundem tradit; adeoque Domitiana ſit quæſtio!
608 Quis, Cui? Enimvero, ſi duo paciſcentes ab initio ſemper concurrerent,
res ſatis foret plana: Sed accidit non raro, ut illorum alter, qui expendit,
de recuperando agat. Finge, Servum vacuum in pignus datum, aut uſui-
fructui ſubditum; à creditore vel uſufructuario autem inſtitutum, aut o-
pera ſua, aut impenſa; Num repetet, Ille à debitore, Hic à proprietario?
609 uter ex his feret aut imputabit? Finge, ulterius, Partum ancillæ expoſitum
ab aliquo ſublatum, artibus inſtructum poſſideri, à Domino autem nunc
vindicari: Ad quem pertinebit, expenſas illas ferre, aut, ſi ſolutæ nondum
ſint, præſtare debere? habet igitur utique quæſtio illa ſuum uſum, de qua
ulterius tunc videbimus, quando, quæ ad earum naturam pertinent, præ-
miſerimus. Ac quoniam Expenſarum cœtui ſemel accenſuimus, quid-
quid de illis in Jure dicitur, huc adplicari poteſt. Notanda primo venit di-
610 viſio in Neceſſarias, Utiles & Voluptuarias. Equidem Artes quædam ſunt
neceſſariæ *l. 25. ff. de Pign. act.* in abſtracto ſc. & in ordine ad vitam civilem &
rem familiarem, ſic ut iisdem carere minime poſſimus, v. g. ad hominem
cibandum, veſtiendum, habitandum &c. Nihilo tamen minus expenſæ ad
Utiles referuntur, per *l. 6. ff. de impenſ. in res dot. l. 79. §. 1. d. V. S.* Sc. intuitu Do-
mini ac poſſeſſoris, ad quem vacuum illud ſubjectum, arte nunc inſtructum
ſpectat: conditio ſanè ipſius melior eſt facta; ſed fuiſſet mancipii uſus,
611 etiam ſine artibus: quin & in relatione ad ipſummet Mancipium. Quia ut
artes neceſſariæ ſunt in ſe, ita non æquè neceſſarium eſt, ut quodlibet indi-
viduum harum una inſtruatur; cujus tamen intuitu expenſæ neceſſariæ di-
cuntur, absque quibus ſi foret, res ſubſiſtere non potuiſſet: At vero Ti-
tius, ſi Agricola, ſi Coqvus, ſi Sartor, ſi Faber lignarius non fuerit, æquè
ſubſiſtere poterit. E. illius reſpectu, atque illi ipſi, minimè ſunt neceſſariæ,
ſed quidlibet aliud addiſcere potuiſſet, atque tunc fortè beatius ſe habere
612 ac lautius vivere. Unde, utcunque aliquis aliqua illarum imbutus eſt,
ſumptus tamen quibus eſt edoctus, non niſi utiliter impenſi dicuntur, nem-
pe in-

pe intuitu hujus individui, quod melius illis evaſit, atque ſi manſiſſet vacuum: quo ſenſu ſola ad victum & amictum pertinentia, dicuntur neceſſaria; absque his enim vivere non poſſet. Diſtingv. igitur inter objectum & ef- 613
fectum, h. e. inter Artem quæ docetur, quæ Reip. ac vitæ humanæ poteſt eſſe ſatis neceſſaria; & Sumptus quibus docetur, qui non ſunt niſi utiles, ſeu tales, per quæ res quidem ſit melior, potuiſſent autem intermitti ſalva rei ſubſtantia. vid. *l. 76. §. 1. ff. de V. S.* Atqui alimenta & mercedes Magi 614
ſtrorum in *l. 4. ff. ubi pup. educ.* conjunguntur; & Alimentorum verbo Artes, eruditionem atque diſciplinas contineri, Godofr. *ibid.* annotat. Reſp. Ex illa conjunctione affinitatem utrorumque inferri; Sicuti enim ſe genus ad ſpeciem, aut Totum habet ad partes, ita Alimenta in genere accepta; ſe habent ad mercedes Doctorum pro traditis diſciplinis, quæ ſunt pabulum animi. Fit E. comparatio quoad effectum nutriendi, non etiam propter 615
neceſſitatem impendendi: qui reliquit alicui alimenta, ſine definitione, Animi an Corporis ſint, utraque reliquiſſe præſumitur, ob favorem artium, & dignitatem animi, qui præſtantior eſt corpore. Sed ex quo utrinque ali 616
quid impenſum vel omiſſum eſt, magna adeſt differentia: Alimenta ſoli corpori qui negat, integrum hom. necat; neceſſaria E. ſunt præſtitu, ad totum ſuppoſitum ab interitu vindicandum, & pœnam homicidii evitandum: Aſt, qui non artibus informat animum, improprie ſaltem hunc occidiſſe dicitur, nec pœnam homicidii ſuſtinebit. Habent enim pœnæ locum in caſibus veris, non fictis. Ludov. Romanus *Conſ. 493. arg. l. 3. §. 6. ff. de neg. geſt. l. 1. §. 4. ff. de Fonte.* Godofr. *ad l. 3. lit. d. C. de ſecund. nupt.* Sunt enim im- 617
penſæ neceſſariæ, quæ ad rem ab interitu vindicandam ſunt factæ; Aſt, non confeſtim interiiſſet, qui hac præcisè arte non fuiſſet inſtructus, cum potuiſſet alia; quin & nulla: Nam utique victurus erat v. g. Mercenarius: quamquam melius ſit, Artem callere. Unde Alexander Parentibus vitam tulit acceptam, ut eſſet; ſed ut benè eſſet, Præceptori. *Declaratur* tamen: 618
Doctrinas illas fieri debuiſſe ſciente ac volente Patre, Domino, Tutore, &c: ad effectum recuperandi. Ignorans atque invitus, onerandus eo nomine haut eſt: Ne teneatur re ſua carere. h. e. ne ſub prætextu ſumptuum in diſciplinam tanquam utiliter factorum, poſſeſſor rem ſeu diſcipulum detineat, oppoſita exceptione doli mali, ſeu retentionis. *d. l. 79. §. 1. de V. S.* Quaſi dolosè velit pater puerum, Dominus mancipium melioratum gratis recipere, non refuſis his expenſis, quas negando lucretur cum jactura expendentis: filium enim utique recipiat meliorem, qui doctiorem. Sed Reſp. 619
damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſentire non videtur: Non debuiſſet

aliquid impendere in rem quam ſciebat alienam. arg. *§. 30. J. de R. D.* Unde non malè Germanus dixit: An frembden Hunden und Kindern ſey das Brod verlohren.

ANNOTATIO.

610 * *Magiſtro.* Verum hic non inutiliter quæritur; Si tyro intra periodum doctrinæ mortuus ſit, quid circa didactrum magiſtro ſolvendum obtineat? Et juxta Statuta nonnullorum Collegiorum diſtinguitur; An dimidium tempus doctrinæ præterlapſum fuerit, annon: ita, ut priori caſu integrum ſolvendum ſit, à parentibus, aut iis, qui tyronem in arte vel opificio aliquo erudiri faciunt; Poſteriori vero caſu, dimidia ſaltem didactri quantitas, daturque utrique magiſtro & hæredibus ipſius, adverſus eum, qui promiſit, ejusque hæredes aut fidejuſſores, ad perſequendum didactrum actio alias ex natura conventionis competens. Dicta declarat Privilegium Buccinatorum confirmatum à Ferdinando III. Imp *n. 5.* quod exhibet Fabri Staats-Cantzeley *Part. 4. cap. 13. faſc. 3.* ibi: Zum fünfften, wenn ein Lehr-Junge von Ritterlicher Kunſt der Trompeter abſetzet, ſoll er einen als den andern Weg, das völlige Lehr-Geld zu bezahlen ſchuldig ſeyn, und bey keinen ehrlichen Trompeter paſſiret werden. Da auch ein Lehr-Junge nach den Willen GOttes, unter ſeiner Lehr-Zeit Todes verfahren möchte, und die halbe Zeit verfloſſen wäre, ſo ſollen ſeine Befreundte, oder der ihn lehren laſſen, das völlige Lehr-Geld; Da aber die Helffte der Lehr-Zeit nicht vorhanden wäre, allein das halbe Theil zu bezahlen ſchuldig ſeyn.

§. III.

621 Poſitis his, *Quæritur* nunc, Si creditor rem fiduciariam fecit meliorem, ſi ſervos oppignoratos artificiis inſtruxit: cujus ſit onus, quis debebat impenſas ferre; An debitor creditori reſtituere, Quibusve mediis cre-
622 ditori liceat uti? Diſtinguit Ulpianus, utrum vacuos planè acceperit, An jam imbutos, ſeu initiatos ac doceri cœptos; ut *Poſteriori* hoc caſu recuperet: per arg. *l. 1. §. 2. ff. de Reb. eorum.* ubi Dn. Struv. *Synt. Civ. Ex. XXXI. 87. n. 2. j. XLIII. 10. in f. &* rationem, Quia novi nil ſtatuit, ſed cœptam à debitore domino telam pertexit, via ipſi commonſtrata eſt. Atque imò, Sicubi omiſerit, culpa non vacaret; culpam autem creditor in pignore præſtat, & foret culpa omiſſionis, adeoque levis: cujus autem omiſſio imputatur in culpam, ejus factio eſt neceſſaria, & neutiquam punibilis aut da-
623 mnoſa. *Priori* autem caſu ſubdiſtinguit, Ex voluntate debitoris fiat, an ſecus: ut rurſus *priori* caſu recuperet, nam volenti non fit injuria; & debitor

forſan

forſan ipſe, ſi oppignorationi ſuperſedere potuiſſet, informationi traditurus fuiſſet, ſuum E. negocium geritur. *Poſteriori* caſu viciſſim diſtinguit, ut ſiquidem artificiis neceſſariis inſtruxerit, contraria pignoratitia ſumtus recuperet, ſed modicos: ut adeò quartum diſtinguat: An ſumtus fecerit debitori tolerabiles, conditioni ſuæ conformes, facultatibus ſuis adæquatas, An verò ſupergredientes. Sicut enim negligere Creditorem res pi- 624
gnoratas, dolus & culpa quam præſtat ex natura contractus, non patitur, ſeu, ſalva exiſtimatione ſua non poteſt negligere rem pignoratam, quin vel doli incurrat ſuſpicionem, tanquam ſtudio perdiderit: aut ſocordis & negligentis patrisfamilias, qui res ſuas non curet, qualiter etiam ſe habeant: Ita nec talem efficere rem pignoratam, ut gravis ſit debitori ad recuperandam, ſeu, ſtudioſè hoc agere, ut difficilis ſit redemtio. Mediè igitur hac 625
in parte procedendum, ac temperamentum à Judice adhibendum. *l. 25. ff. de Pign. act.* fac. *l. 137. §. 3. ff. de V. O. l. 38. ff. de R. V. l. 6. §. 9. ff. de Off. Proconſ.* ut neque delicatus debitor, neque oneroſus creditor audiatur. Unde con- 626
ſtruimus *regulam:* Sumtus, quos Creditor in ſervum oppigneratum arte quadam imbuendum expendit, à debitore recuperat. *Declaratur* hoc de Modicis: Limita: ſi immodicè impendit, vel in talem artem, quæ eſt ſumtuoſa, ut difficilis ſit debitori redemtio; Tunc enim temperamento opus erit, & arbitrabitur Judex. Nam ſicut creditor, ſi planè negligeret, & nul- 627
la, etiam idoneum, imbueret arte, à dolo aut culpa non foret vacuus: ita & ſi immodicè facit, in aliam incidit ſuſpicionem, quaſi hoc modo inhiaret rei alienæ, dum reddit luitionem difficilem: Stulti dum vitant vitia, in contraria currunt; quod Germanus reddit: Zu wenig und zu viel/ iſt beydes neben das Ziel. Unde Ulpianus in *l. 6. ff. de Operis ſerv.* Cum de ſervi artificis operis agitur, inquit, pro modo reſtituendæ ſunt. Sed quorſum referes 628
Pantomimum aut Agitatorem, ſi fortè creditor ſervum talem fieri curaverit; An inter *pretioſiora?* quod Paulus JCtus facere videtur *l. 43. ff. de act. empt.* quando ait: Planè, ſi in tantum pretium excidiſſe proponas, ut non ſit cogitatum à venditore de tanta ſumma, veluti ſi ponas, Agitatorem poſtea factum, vel Pantomimum, ſc. qui ab initio tamen, & cum vacuus fuit, minimo venit pretio. An inter *viles?* cum Imperatoribus in *l. 4.* 629
C. de ſpectaculis & Scen. Lib. XI. ubi prohibent, Picturas eorum honeſtis locis conſtitui. Nim. non eſt inter illos textus pugna, dum pretium artis diſcendæ, quoad magnitudinem, quam ſpectat Paulus, ſeparamus cum Impp. à dignitate artificis ea arte imbuti: Cum & in res inhoneſtas aut in ſe viles, aliquando multum impendatur, ab his ſc. qui iis delectantur: Et, ſicut pro

captu lectoris habent ſua fata libelli, ita pro captu ſpectatoris habent ſua fa-
630 ta Pantomimi aut Agitatores. An non multoties magno cum apparatu mera intenditur vanitas? Annon gemmæ aliquando, non ex ſua dignitate, ſed ex affectione ejus qui pecunia abundat, æſtimantur? Docuit hoc exemplum agitatæ, ante aliquot annos in Curia provinciali penes nos controverſiæ, ſuper annulo gemmato, in cujus pretio unus alterum ad immenſitatem usque ſuperaverat, qui tandem paucis imperialibus fuit æſtimatus.
631 Quin, ſi rectè penetramus mentem Imperatorum, in *d. l. 4.* non tam reſpiciunt ad æſtimationem artis cujusdam, quam illius generis artifices utique magni ſolent æſtimare; & quis artifex unquam repertus, qui non ſibi ipſi blandiatur, aut artem ſuam extollat, cœterisque præferat? Unde enim alias tot artium & opificiorum encomia, Lobſprüche des hochlöblichen Hand-
632 wercks der oder der. Aut, quid fuerunt cantilenæ magiſtrales? quam ejusmodi verborum conceptiones, quibus origo, dignitas, requiſita ſeu leges, perſonæ, & alia ad quamvis artem ſpectantia, rithmis ſæpè incomptis, pro ſeculorum illorum ruditate comprehenſa, memoriæ mandata, cantuque ſæpius repetito conſervata fuerunt. Meiſter-Geſänge. de quibus ſuo loco
633 dicendi erit occaſio. Non inquam hoc agunt Impp. ut æſtiment artes in ſe, ſed quoniam agitur de exornanda civitate ſtatuis, picturis & ſim. hoc volunt, ut *τὸ πρέπον* obſervetur, cuivis perſonæ locus detur condignus, ac pro dignitate loci dignum opus, verum etiam unicuique operi conveniens
634 opus adjungatur. Qua enim ratione domum ſuam picturis, emblematibus ac ſtatuis ornaturus, ineptiſſimè parentum ſuorum imaginibus ſervorum imagines, aut Simiæ cujusdam adjungeret, aut ſuam imaginem ubi ad cloacam itur, poneret: eadem ratione nolunt Impp. in publicis porticibus, atque ibi ubi Imperatoriæ imagines ſtatui ſolent, Pantomimi picturam aut
635 vilis Hiſtrionis imaginem poni. Aliud igitur foret, quando Impp. diſcurſum cum Pictore, vel ipſo adeò Johanne Prætorio Præfecto in *l. 3. C. Commun. de leg.* ſuper valore aut æſtimatione imaginum, vel cum Paulo JCto in *l 43. ff. de Act. emt.* conſultationem atque ſermonem ſuper pretio ſervorum ac mancipiorum arte inſtructorum, mangonibus præfiniendo habuiſſent;
636 Aliud nunc, ubi Rufinum Præfectum Prætorio inſtruunt, qua ratione & decorem Urbis, & exiſtimationem Imperatoris conſervare, & ſuam quoque prudentiam in diſponendis omnibus oſtendere poſſit ac debeat: omnia enim quæ in publico ponuntur, non viſui modo, ſed judicio quoque alio-
637 rum, ac maximè peregrinantium exponuntur. Qui ſtruit in colle, multos habet ille magiſtros: quod Germanus reddit: Wer will bauen an die

Straſ-

Straſſen / muß manch Urthel über ſich ergehen laſſen: ac ſuo tempore Eck de Repkau, Magiſter Speculi Saxonici ſic præfatur: Ich zimmer / als man ſagt / an den Weg / deß muß ich manchen Meiſter han / Ich hab bereitet nütze Steg / da mancher bey beginnt zu gahn & ſeqq. Caveant igitur, quorum cu- 638
ræ hoc datur, ne aut Principis ſui ſtatuam in angiportum ponant, aut inter viliores, aut conſortio Principum morionem adjungant; ne anſam dent exteris calumniandi, perſonam quidem Principis in ſecreto, cujus videlicet potentiam metuunt: de Curatoris autem ſtultitia publice. Quan- 639
quam, ut ne hoc quidem prætermittamus, adjectivum VILE in *d. l. 4.* non Pantomimo, non Agitatori, ſed Hiſtrioni adjectum, iſtud ſignificet, Impp. etiam tenus hac diſcrimen, atque illis viris ſuam qualemcunque inter ſe prærogativam relinquere voluiſſe.

ANNOTATIO.

* *Fiduciariam.* Ad cauſam quoque fiduciariam refertur *fideicommiſſum* à Teſta- 640
tore relictum, ut hæres L. Titium artem aliquam honeſtam doceat, unde ſe alere atque tueri poſſit; Quamvis enim Pegaſus olim JCtus tale fideicommiſſum inutile eſſe, ſcripſerit, propterea, quod genus artificii non eſſet adjectum, adeoque fideicommiſſum videretur incertum, & ita nullius momenti; Attamen in contrarium Valens reſpondit; Prætorem aut Judicem ex voluntate defuncti, & ætate & conditione & natura ingenioque ejus, cui relictum ſit, ſtatuere debere, quam potiſſimum artem docere eum, ſumtibus ſuis hæres debeat, ſiquidem hoc caſu voluntas magis teſtatoris quam verba ſpectanda ſunt. Caſus refertur in *in l. 12. ff. de Legat. 3.* ibi: *Stichus liber eſto, & ut eum hæres artificium doceat; unde ſe tueri poſſit, peto: Pegaſus inutile fideicommiſſum eſſe, ait; quia genus artificii adjectum non eſſet. Sed Prætor aut arbiter ex voluntate defuncti aut ætate & conditione & natura ingenioque ejus, cui relictum eſt, ſtatuet, quod potiſſimum artificium hæres docere eum ſumtibus ſuis debeat.* Arbitrio proinde judicis tota res æſtimanda erit, ut ſtatuat ille, quantum Titio alimentorum nomine debeatur, cui annuum legatum artis alicuius percipiendæ cauſa, ſine adjectione ſummæ relictum eſt. Nam ſi is & diſcendi cupidus & ad ſtudia litterarum idoneus eſt, ad aliud artificium minus liberale & quodammodo ſordidum cogi ab hærede invitus nulla ratione poterit. Add. Reusner. *Deciſ. Lib. III. dec. 10.*

§. IV.

Similis caſus eſt, ſi Partus ancillæ Domino ignorante vel invito fue- 641
rit expoſitus, & qui ſuſtulit, artibus eum imbui curavit: dominus reſci-

ſcens

ſcens vindicare non prohibetur: ſed quomodo fiet reſtitutio, *quæritur An* ſic, ut quæ in alendo eo, vel fortè ad diſcendum artificium juſtè conſumpta fuerint, reſtituat? Ita Claudio Alexander Imp. in *l. 1. C. de Infant. expoſ.* re-
642ſcripſit. Sed, quid ſi dominus aliunde ſolvere non poteſt, habetne poſſeſſor exceptionem Retentionis? Neg. Melius erit, poſſeſſorem carere ſua pecunia, quam Dominum ſuo ſervo. An vero non tollere poterit quod poſuit? negatur & hoc; nec eſt enim quod tollat poſſeſſor, quia Eruditio avelli non poteſt, ſicuti colores de parietibus fortè abraduntur. v. *l. 38. ff. de*
643*R. V.* Eſt enim habitus δυσκινητώτερος. *l. 27. ff. de R. V.* Excipe tamen (1.) juxta ſuperius tradita, dominicam ſcientiam & voluntatem; ſi quæ ulla hoc in caſu locum invenit; finge, lite pendente informationem proceſſiſſe, Domino connivente ac tacitè conſentiente *l. 30. verb. diſſimulante ff. eod.* (2.) caſum, quo Dominus vel ob neceſſitatem, vel quia in his rebus negociari conſuevit, mox venditurus eſt, quod recipiet; ac fortè plus pretii laturus,
644propter eruditionem *l. 29. l. 38. ff. d. t.* Si cui hæc ab uſu vel ſeculo noſtro aliena videntur, in ejus gratiam repetemus caſum, quem Eutychianus proponebat Gordiano Imperatori in *l. 15. C. de Neg. geſt.* Is enim privignas ſuas aluerat, mercedes pro his aliquas Magiſtris expenderat, *Quærebat:* Ejus erogationis aliqua repetitio ſit ſibi? Diſtinguit equidem Imperator, ut ſi paterno affectu id feciſſet, nulla ſit: Sin, ut repetiturus ea quæ in ſumtum
645miſit, aliquid erogaſſet, negociorum geſtorum intendanda ſit actio. Enimverò, hæc ipſa erit quæſtio, de animo & intentione vitrici, An unquam ſit paterna; & quæ noſtro fuerit ab initio: Annon condonandi? nunc, ubi
646paratam ſibi eſſe actionem compererit, mutato conſilio repetit? Præſumi in hujusmodi perſonis affectum Paternum, Godofredus in *d. l. 15.* ait, cum eis privigni & privignæ, nec non filii eorum, ſint liberorum loco, per *l. 40. ff. de rit. nupt.* qua Ariſto reſpondiſſe refertur, Privignæ filiam non magis uxorem duci poſſe quam ipſam privignam: & cum noverca privignus nup-
647tias contrahere non poteſt. *l. 17. C. de nupt.* add. Cujac. *IX. obſ. 18.* Sed, quid eſt, quod tanto apud Romanos odio fuerint habitæ ſecundæ nuptiæ, ut & vidua vitricum ſuperinducens, jus educandorum penes ſe liberorum perdiderit; *l. 1. C. ubi Pup. educ.* quin & Patre ad ſecundas transeunte nuptias, privignos cum novercis habitare minimè compelli, colligunt Dd. ex *l. 5. ff. ubi Pupill. educ.* propter conſueta nim. illarum odia. *l. 4. ff. de inoff. teſt.* Nim.
648diſtinguendum inter poſſibilitatem, & actualem exiſtentiam. Dantur utique & Vitrici & Novercæ quaſi degeneres, qui privignis benè cupiunt ac benefaciunt: Sic Cajus Octavius apud vitricum educatus, Dioni ſcribitur,

tur, & legimus in *l. 3. C. de contrar. judic. tut.* Vitricum & Tutorem privigni fuiſſe, & heredem eum inſtituiſſe: Poteſt igitur tanta adeſſe adfectio, ut adoptare etiam velit, id quod tunc permittendum reſcripſit Imperator Titus Antoninus. *l. 32. §. 1. ff. de adopt.* quidni ergò, & condonandi ea quæ pro artificio addiſcendo erogavit? Sed rarior quam ut regulariter adeſſe præſumatur. Hinc in dubio præſumitur magis: animum habuiſſe repetendi: 649
eaque verior & communior eſt ſententia, Salicet. *in l. alimenta 11. C. de neg. geſt. n. 1.* Surd. *de Alim. Tit. 6. qu. 11. n. 4.* Jac. Menoch. *A. J. Q. caſ. 88. n. 13.* ſecundum quam Scabinos Elect. Sax. reſpondiſſe, teſtatur Carpz. *p. 2. C. X. d. 25.* Textus à Godofredo allegati, de habitudine atque ſtatu, non de affectu 650
loquuntur. Eſt inter vitricum & privignam, novercam & privignum ſtatus idem, qui parentum ac liberorum naturalium, qui perpetuus eſt, ad effectum reciproci matrimonii impediendi; valdè tamen rarus ad effectum paternum & liberalitatem promovendam: quæ, ſi tanta Eutychianum urſiſſet, quid Imperatore conſulto opus fuiſſet? Hinc nulla quoque juris ratio cogit vitricum, munera civilia pro privigno ſuſcipere. *l. 3. §. 6. ff. de* 651
Mun. Idem de Tutore judicium eſto, qui pupillos, ſicubi egeni ſunt, de ſuo alere non tenetur. *l. 3. §. f. ff. ubi pup. educ.* hinc officio Judicis, qui tutelæ cognoſcit, congruit, Reputationes tutoris non improbas admittere, utputà ſi dicat: Impendiſſe in alimenta pupilli, vel diſciplinas. *l. 2. pr. eod.* Ac, ſi 652
certa de cauſa ſuo, non Prætoris arbitrio exhibuit, ea quæ vir bonus arbitrabitur, accepto ferre debebit juvenis, ſi ea per alium ſe conſecutum non probet. Nec ferendus eſt juvenis, qui, cum præſens, ſtudiisque eruditus atque alitus eſſet, ſumptus recuſet, quaſi vento vixerit, aut nullo liberi hominis ſtudio imbui meruerit. *l. 2. C. de Alim. pup. præſtand.*

§. V.

Ex hactenus dictis ac deductis facilè conſtabit, quis, cui didactrum 653
præſtare debeat; puer nim. erudiendus; aut ſanè, in cujus eſt poteſtate, Pater, vel Dominus, adeoque ſi alius interim quavis ratione erogavit, repetere aut his imputare licet. Poſſemus itaque ad alia tranſire, Niſi noviter de Modo Recuperandi quæratur. Si igitur Dominus vindicet puerum, 654
poſſeſſor excipiat de Expenſis, velitque deducere, atque interim retinere, *Annon* Domino vel Patri ſuccurrendum ſit Replicatione *Compenſationis?* Utique ſi poſſeſſor opera pueri aliquamdiu ſit uſus, ex quo artem percepit: audivimus enim ſupra ſæpius *v. n. 22. 340. 602.* Id emolumentum æſtimare Magiſtros, gratis docentes egenos, ut diutius in miniſterio atque diſcipli-

na

655 na retineant. Movet, quod & in fundo fructus impenſis, & retrò, impen-
ſæ fructibus deducantur: opera autem perſonæ, eſt in fructu §. 3.
J. de Uſu & hab. Paulus JCtus in *l. 31. ff. de R. V.* improbè facturum ait Domi-
num, qui una cum puero, petat à poſſeſſore & fructus pueri ex illo artificio,
quod ſumtibus poſſeſſoris didicit: A contrario igitur, ſi alius ſunt impen-
ſæ, aut ſi jam recuperatæ ex operis, id quod ſupereſt, utique peti absque im-
probitate poteſt: damnum enim poſſeſſori declinare permittitur, non lu-
656 crum quærere. Manifeſtius in rem præſentem loquitur Modeſtinus *l. 32.*
ibid. Impenſas factas poſſe penſari: Niſi quod de Tempore ac fatalibus com-
penſationis, Unde inchoandum, affirmat, Poſt viceſimum quintum an-
num ejus qui artificium conſecutus eſt, incipere: quod, An juxta *Synopſin*
657 *Baſilic. ibid.* de anno ætatis vigeſimo quinto, An juxta Cujacium *L. 9. Obſ. 38.*
de Quinto ætatis anno exaudiendum ſit? diſpiciemus. Pro lectione ordi-
naria, cum pignorum, tum opificiorum natura militare videtur. Nam &
in pignore emolumentum quoddam, & ſecuritas eſſe debet; quæ duo in
infante quinquennio minori vix repereris, cum ille curam potius requirat
& inſpectionem, adeoque damnum facilè incurrere poſſit, de quo
658 creditor poſtmodum reſpondere teneretur. Irridentur hodie debitores
egeni politecni, tanquam liberos pignori daturi, & ſic melius ſibi, hac ex-
oneratione, quam creditoribus proſpecturi ſint. Oneri quippe ſibi repu-
taturus, cui infans quinquennis pignori offeratur; dum per ſarcaſmum di-
ci ſolet: Man müſſe Jhm denn ein Kind abnehmen / ſonſt wiſſe man nicht /
659 wie man wolle bezahlt werden! Econtra, ſi adoleſcens ſit, tum demum arti-
ficio diſcendo aptus evadit, ſufficiens enim robur corporis *ſuprà* requiſivi-
mus. Si ergo annos quibus docendus eſt demas, & quibus emolumento
poſt doctrinam perceptam nobis eſſe poſſit, rurſus addas, prope erit, ut vi-
660 ceſimum quintum ætatis annum attingat. Cujacius equidem pro ſe alle-
gat *l. f. §. 1. ff. de Operis ſerv.* ubi Ulpianus dicit: nullam operarum æſtimatio-
nem eſſe, ſi minor quinque annis, aut debilis ſit ſervus: Unde per argu-
mentum à contrario inferre licet: aliquam fore, ſi major illa ſit: Cui adſti-
pulatur Paulus in *l. 37. pr. ff. de Operis libert.* Libertum ab operis immunem
pronuncians, ſi quinquennem habeat in poteſtate: quibus accedit Brun-
661 nemannus ad *d. l. 32. de R. V.* Sed iſtud huic correctioni *obſtare videtur*, quod
nullum dari poſſit opificium, cui confeſtim ſub initium anni ſexti infans
poſſit addici; Si vel maximè dixeris, ea ætate ſi non ingenuos, certè ſervi-
les liberos eò adduci poſſe: Cur igitur JCtus non potius à termino factæ
traditionis, ſive nono ſive decimo ætatis anno magiſtris fuerit commiſſus,
quam

quam ab illo indefinito ſpacio, quod ſupra quintum ætatis annum eſt, quales ſunt cœteri anni omnes, inchoandum diceret? Et quæſo, quæ operæ in artificio pueri ſexennis, qui vix fari poteſt? Quare commodius videtur, 662
ut, ſi omnino *annus quintus* reponendus, Non ætatis, ſed *artis* dicatur: & à tempore traditionis von der Zeit der Uffdingung inchoetur, eo ſenſu: Poſtquam annos quinque in ea arte ſtetit, quam ſumtu poſſeſſoris didicit, ſatis videtur eidem feciſſe; quidquid temporis ultra commoretur penes ipſum, hoc in lucro eſt, & tenebitur domino vindicanti reſtituere. Ita & Naturæ 663
artium loquemur convenientius; & Moribus, quibus nec anno ætatis quarto confeſtim, nec demum anno vigeſimo ætatis, liberos doctrinæ ſolemus mancipare, ſed utplurimum poſt primam pubertatem, anno decimo quarto: Sic, ut nimis longum foret, & Diſcipulo, ad vigeſimum quintum ætatis annum usque pro beneficio acceptæ doctrinæ miniſtrare; & Domino ejus, opera tamdiu carere: & nimis præmaturum, ab anno ætatis quinto confeſtim incipere; quo nondum de doctrina, ob tenuitatem ætatis & judicii, potuit cogitari. Aut, ſi omnino concedendum Doctoribus, diſtingue 664
rem inter operas artificiales, quas admitterem nullas, per rationem adductas; & officiales, ſeu *miniſteriales*, quæ ejusmodi infantulorum aliquales eſſe poſſunt, ablegando videl. können uns einen Gang benehmen / nach Brod und Bier geſchickt werden.

ANNOTATIO.

* *Gratis docentes.* In his nimirum anni doctrinales duplicari ſolent, qui tamen 665
anni duplicati non computantur in ſpatio, quod ad novum tyronem recipiendum, intercedere debet, ne alias receptio egeni ipſi magiſtro ſit damnoſa. Atque ita diſpoſitum legitur in Conſtitutione Provinciali Bavarica *Lib. IV. Tit. I. Art. 4.* ibi: Weil auch bey Städten und Märckten, und auf dem Lande viel Knaben, die zu den Handwerckern ſehr tauglich, Unvermögens halben das Lern-Geld nicht bezahlen. So wollen wir demnach jedes Orths Obrigkeiten ermahnet haben, daß ſie dennoch, ſo viel immer möglich, dergleichen taugliche Knaben, zu Lernung der Handwercker auff doppelte Jahre, oder wie man es pfleget zu nennen, ein Jahr umbs andere befördern, wenn aber ſolche Lernung gegen doppelten Jahren darum faſt in Unbrauch kommen, daß man einen Meiſter nicht vergönnen wollen, wenn er dergleichen auff doppelte Jahr ohne Lern-Geld angenommen, Lehr-Jungen ſtill halten ſollen. Als wollen wir ſolche Hinderung hiemit auffgehebt und zugelaſſen haben, wenn ein Meiſter einen auff doppelte Jahr angenommenen Lehr-Jungen ſo lange gelernet, als ſonſten die ordentliche Lern-Jahre ſeyn, daß er alsdann wohl einen andern Lehr-Jungen aufdingen möge.

§. VI.

666 Quantitas didactri conſideranda eſt, vel prout in jure eſt definita,
vel prout partium conventione ſtatuitur. In *jure civili* nihil determinatum
invenitur, licet Mercedis mentio haud infrequens fiat, prout ex antedictis
conſtat. *Canonicum* equidem Pauperes ſcholares gratis docere, verum et-
iam Magiſtris docentibus providere de beneficio jubet. *cap. 1. x. de Magiſtr.*
& ne aliq. pro lic. doc. adeoque publicis ſtipendiis docentes conductos habet.
667 Quanquam autem de artibus liberalibus, Grammatica ſeu ſtudio linguæ la-
tinæ, ac potiſſimum Theologico diſponat *cap. 4. ibid.* attamen, dum ſpecia-
lius modo diſpoſuiſſet, inde mutuari atque huc applicari poſſent. Ratio
diverſitatis ex ſuperius traditis patet, *n. 407.* quod ſcholæ opificum ſint pri-
vatæ ac ſolitariæ, in quibus uſu mage quam præceptis docetur, nec tanto
668 dignæ favore, ut ſalariis publicis docentes conducendi ſint. Ac licet por-
ro Potentiſſimus Sax. Elector lucro, quod opifices ob induſtriam manuum
licitè poſſint exigere, modum poſuerit *d. 24. Octobr. 1623.* quod repetitum
24 Maji 1651. cui add. *Ordin. Polit. Joh. Georg. II. El. Sax. d. 22. Jun. 1661. cap. 8.*
Corp. Jur. Sax. *vol. 5. p. 163. ſqq.* Ad Manupretium tamen & permutationem
mercium pertinet, nihil autem ibi de Didactro, ſeu quantum à diſcipulis
669 pro arte tradenda exigere liceat. Redundat igitur omne negocium ad eo-
rundem mores, privilegia, *rotulos* atque ſtatuta, in quorum aliquibus ea
quantitas, ſed & iſtud rariſſimè, invenitur expreſſa. Rationem dicas, quod
res hæc pendeat ex cujusvis artificis, cujus doctrina quæritur, arbitrio,
quanti ipſe æſtimet; diſcipuli item facultatibus, & ſuorum liberalitate:
670 Credo tamen & hanc eſſe, tum quod in ſecretis hoc habeant, ea autem dif-
fundi nolint; Tum, quod ob nimietatem paſſim traduci cœperint; odium
iſtud declinaturi, ſenſim eos articulos ex ſtatutis expunxerunt, atque ad ſe-
cretas conventiones retulerunt: paſſim enim Doctores, qui de re *opificia-*
ria vel tantillum ſcripſerunt, juſtitiam illorum ſtatutorum examinare, de
rationabilitate dubitare, atque ſtatum controverſiæ ſic formare conſueve-
671 runt: An juſtum ac rationabile, adeoque tolerandum ſit *ſtatutum.* Ne quis,
niſi *pro immodico pretio* artem doceat? aut: Ne quis Magiſter minori quam
inter contribules ſtatuto, aut certè conſueto didactro artem tradat? Sed
cum modum nusquam inveniamus poſitum, Unde tandem fiet judicium de
672 eo quod modum excedat? utique ex eo quod communiter inter artifices
fieri conſuevit, quibus vis ac valor artis optimè cognitus, adeoque modum
invenire facilius eſt quam nobis reliquis: nam unicuique in ſua arte creden-
dum eſt artifici; quod ſi etiam ſtatutis modum & quantum definierunt, in

re

re tam manifeſta nemo decipi aut ulterius gravari poterit. *Dixeris:* aſt 673
de his ipſis ſermonem & querelam eſſe, quod æquitatem in modo ponendo
ſupergrediantur. *Reſpondeo*, Aut à Superiore confirmata ſunt, & vana eſt
querela; nec enim quod Princeps æquum putavit, anili querulatione uni-
us vel alterius privati iniqvum reddi poteſt: Oportet nos tandem in uno 674
acquieſcere! Aut non confirmata, & nec valebunt ut ſtatuta, nec aliquem
ligabunt: aut ſi ad ea provocent, ibis ad Principem vel alium Magiſtratum,
pro moderatione invenienda. Superſunt tamen & caſus & locus, quibus
de hujusmodi ſtatutorum juſtitia diſputari poteſt atque ſolet, Conſiſtori-
um nempe Principis, cui Collegia rotulos ſuos exhibent confirmandos;
Quod ſi ergo articulum de didactro inſeruerint, qui Principi vel ejus Con- 675
ſiliariis, aut artis dignitatem, aut hujus ad alias proportionem & habitudi-
nem, aut mores provinciæ, aut diſcipulorum denique facultates excedere
videatur; tunc vel directo, vel requiſito prius à Magiſtratu intermedio:
quid videatur: definire quantitatem poterit: quo facto, ceſſabit omnis que-
rela, nec amplius immodicum putabis, quod Princeps moderavit. Quod 676
ſi non ſtatutis manifeſtis caverunt collegia, ſed occultis inter ſe pepigerunt
conventionibus, & de his exaudias quæſtiones ſuperiores, plane non abs re
moventur: & nos, quoniam omne occultum habet in ſe ſuſpicionem ini-
qui, examinandas, ac re comperta ad æquitatem reducendas arbitramur.
Ceſſante autem & ſtatuto, partes invicem contrahentes quantitatem de 677
terminabunt, in quarum manus aliquorum collegiorum ſtatutis id eſt re-
ſignatum; v. g. Laniorum. *Artic. 7.* Ein Lehr-Jung mag des Lehr-Gelds hal-
ben mit ſeinem Meiſter handeln ſo gut als er kan / & Piſtorum *art. 5. inf.* und
ſich der Lehr halben mit ſeinem Meiſter vertragen. Magiſter igitur incipit, ac 678
modum ponit, prout artem ipſam vel in abſtracto æſtimat, vel ut ipſe cal-
let, & rationem commodiſſimè docendi novit, aut occaſio penes ipſum
plura diſcendi eſt; quod opera multa & præclara ipſi committuntur: ſequi-
tur puer, ejusve Parentes aut Tutores, offerendo vel ex affectione erga ar-
tem aut ipſum etiam artificem, in quo majorem præ reliquis poſuerunt fi-
duciam. Vel prout alimenta ſimul imputant, uff Koſt und Lehre zugleich
handeln. Sicuti apud Senecam *IX. controv. 3.* Pone quantum vis pro diſci 679
plinis, imputa quantum vis pro alimentis. Vel juxta pueri facultates. Ubi
tamen pro regula tenendum Tutori, cum non rebus duntaxat, ſed etiam
moribus pupilli præponatur, imprimis mercedes Præceptoribus, non quas
minimas poterit, ſed pro facultate patrimonii, pro dignitate natalium con-
ſtituere. *l. 12. §. 3. ff. de Admin. Tut.* Solet in aliis contractibus etiam iſthuc 680

reſpici, An prompta pecunia tranſigatur: verum apud opifices invaluit fermè, uti medietas didactri prænumeretur, neque vero & hoc absque ratione: Poſſet nempe contingere, Puerum mori, & Parentes, Tutores Cognatosve ſolutionem detrectare tanquam fruſtraneam: poſſet itidem puer aufugere, & ad aliud opificium tranſire, ubi novum didactrum conſtituen-
681 dum duplicatis impenſis. Sed quid hoc ad priorem magiſtrum? penes quem utique non ſtetit, puerum vivere, aut perdurare: quare dum hoc prævident opifices, ita proſpicere ſibi aſſolent: quorundam etiam collegiorum ſtatutis exſertim ita cautum: v. g. Laniorum, *Art. 7.* Jedoch ſoll er zu Verhütung andrer Ungelegenheit / die Helffte des Lehr-Gelds alſobalden / und die andre Helffte / nach verfloßner halber Lehr-Zeit zu geben ſchuldig ſeyn.
682 Perarii ſeu Marſupiarii, juxta cum lecto triginta poſtulant florenos, altera medietate ſtatim prænumeranda, altera autem ſub medium diſciplinæ: data tamen eſt Magiſtro licentia, gratiam faciendi & de ſumma remittendi. Qui vero propter egeſtatem planè nihil perſolvere valet, is ſexennium in-
683 tegrum abſolvere compellitur, *ſtat. art. 3.* Econtra, decet & Magiſtrum, Tyrones eorumve Parentes reddere ſecuros, de iſto eventu quo contingat, Præmori eum ante tempora diſciplinæ completa, pueris de alio Magiſtro proſpectum iri, ſic, ut novo tunc didactro non ſit opus: alioquin enim ad
684 collegium hoc pertinere *ſuprà* dictum fuit. Atque ita Senatus ♀ *31. Jan. 1679.* in cauſa Chriſtoph Lohſen. Weil Impetrant den Knaben / (privignum ſuum) uffgezogen / und im Handwerck ſchon ſo weit bracht / daß Er Ihn mit Nutz brauchen kan / ſolt ſeinem Suchen / (eam pecuniæ pupillaris partem, quam fœnebrem hactenus tutor penes ſe habuerat, vitrico in didactrum ſolvendi) zwar deferiret / Er aber ſchuldig ſeyn / den Knaben zu verſichern / daß ob er gleich mit tod abgieng / Ihm ein ander Meiſter ſolt geſchafft werden / ſo Ihm dieß Verſprechen (libertatem ſeu miſſionem à collegio impetrandi:) hielte.

ANNOTATIONES.

685 * *Statuitur.* Permiſſum etiam eſt Magiſtro gratis tyronem ad inſtitutionem recipere, ita tamen, ut utrobique fidelem informationem præſtet, & interdum temporis ac tyrocinii quantitate deficientis didactri quantitas compenſari ſolet. Weißgerber-Ordnung in Terris Electoratus Saxoniæ de dato den 15. Jun. 166[illegible]. confirmata per Johannem Georgium II. Electorem Saxoniæ *Artic. 4.* ibi: Und ſoll ein jeder Meiſter, er ſey Rößler oder Rheiniſcher einen Lehr-Jungen, wenn derſelbe vor offener Lade, angenommen und angedinget worden, die nechſten 5. Jahr nach einander, durch Verleihung göttlicher Hülffe, das Hand-

Handwerck zu lernen, und daſſelbige zu unterweiſen ſchuldig ſeyn, auch einem jedweden Meiſter des Handwerckes frey ſtehen und nachgelaſſen ſeyn, ob er Lehr-Geld nehmen und begehren will, oder nicht, und ſoll der Meiſter nach Ausgang der 5. Jahre Lehr-Zeit, zwey Jahr, ein junger Meiſter aber, welcher ſein Meiſter-Recht, neulicher Zeit erlernet 3. Jahr, ehe er einen andern Lehr-Jungen, auff- und annimmt, (jedoch ſollen die Meiſters-Söhne hierunter nicht gemeynet ſeyn, noch verſtanden werden) Stillſtand halten; Würde aber ein Lehr-Junge in währenden Lehr-Jahren verſterben, ſoll der Meiſter nur ein Jahr in Ruhe ſtehen, und nach Verflieſſung deſſelben, einen andern anzunehmen befugt ſeyn.

* *Nusquam poſitum.* Circa Buccinatores tamen & artis buccinatoriæ inſtitu- 686
tionem certum didactrum definitum eſſe notant, ita nimirum, ut ſolvendum ſit didactrum 100. imperialium, adeo, ut minorem ſummam acceptare nulli magiſtro liceat, & quidem hoc modo ſolutio facienda, ut dimidia pars ſtatim initio, altera in miſſione bey dem Loßſprechen. Prout habet Confirmatio Ferdinandi II. de anno 1623. der Puncten, welcher ſich die Feld-Trompeter über die Lehr-Jungen verglichen. Prout exhibet Limnæus in *Addit. Tom. II. ad Lib. III. cap. 10.* ibi: *n. 2.* Wenn einer einen Jungen lernen will, ſoll ſich der Lehr-Meiſter wohl befragen, ob er von ehrlichen Eltern, eines ehrlichen Herkommens, und ſoll zu der Auffdingung zwey oder drey ehrliche Feld-Trompeter, als Gezeugen, dazu requiriren, auch, wie von Alters gebräuchlich, weniger nicht, als hundert Reichs-Thaler vor das Lehr-Geld nehmen, die Helffte zum Anfang oder Auffdingniß, und die andre Helffte bey dem Freyſprechen. Idem confirmatum fuit in Privilegio Ferdinandi III. de anno 1653. in der Europäiſchen Staats-Cantzeley *p. 4. cap. 13. faſcic. 3.*

* *Puerum mori.* Caſum hujus rei ſpecialem refert Tulden. *Comment. ad Cod.* 687
tit. de Loc. Cond. n. 10. ibi: Ex prædictis quoque decidi pulcher caſus poteſt. Pactus eſt cerdo, ut tironem in arte inſtrueret, isque triennio apud ipſum maneret, ab ipſo alendus ipſique operas editurus, additis 50. Francis. Tiro decimo octava menſe moritur. Non poterit pro rata reſidui temporis, de 50. iſtis aliquid repeti; ſicuti nec nomine alimentorum, integro triennio præſtandorum. Etenim iſti 50. merces ſunt cerdonis, pro primo anno locatoris operarum nempe inſtitutionis, quas ſi quis non implet, impeditus caſus fortuito, in perſona conductoris contingente, integrum nihilominus ſalarium conſequitur. Pro reliquo tempore ipſe tiro locator erat, qui jam utiles aliquas operas exhibere potuiſſet, depoſito tirocinio, quod cum per ipſum ſteterit, nempe impedimento caſus in ejus perſona contingente, integram mercedem, cujus

688 vice erant alimenta, percipere non poteſt. Nec obſtat *l. 10. ff. de ann. Legat.* ubi dicitur, quod tam labor quam pecunia diviſionem recipiat, quia ſpecialis ille caſus eſt, cum teſtator contemplatione negotiorum ſuorum, liberorum ſuorum à legatario dirigendorum certam pecuniam ei legavit. Nam ſi unus liberorum deprecetur adminiſtrationem legatarii, eatenus legatum minuetur, quia, etſi una ſumma comprehenſum eſt, dividitur tamen reſpectu perſonarum, quarum negotia commendata ſunt, in propoſito vero caſu, unitas perſonæ diviſionem ita non admittit.

689 * *Præmori eum.* Quod ſi accidat, ut ipſe Magiſter diem ſuum obeat, antequam Tyronem legitimè dimittere poſſit, ſpatio ſcilicet doctrinæ nondum exacto, Statuta Buccinatorum confirmata à Ferdinando III. Imp. *n. 9.* diſtinguunt. Si tyro in arte nondum bene inſtructus eſt, magiſtro alii per initiatores durch die Auffdinger traditur, usque ad completum doctrinæ terminum: Et ſi per annum in doctrina apud defunctum magiſtrum ſteterit tyro, dimidium didactri retinet vidua & hæredes; alterius dimidii partem unam magiſter ſuccedaneus der auslehrende Lehr-Printz, alteram fiſcus loci die Caſſa des Orths capit. Quod ſi vero intra annum primum Magiſter moriatur, certi quid equidem diſpoſitum haud reperitur, æquitati tamen conveniens videtur, ut reſpectus habeatur temporis & profectuum, adeoque ſi v. g. dimidius annus præterierit, & jam aliquid didicerit tyro, una pars dimidii accepti futuro magiſtro extradatur, ſecus ſi breve tempus præteritum ſit, nec quicquam tyro didicerit, ſic enim totum reſtituetur. Quamvis non negandum ſit, conventionibus talia ut plurimum determinari ſolere, quibus utique ſtandum eſt. Si vero ſatis inſtructus deprehendatur tiro, tempus tamen quo mitti poſſit, nondum venerit, vidua alium legitimum buccinatorem ſubſtituit, qui miſſionem peragat, & ipſa nihilominus didactrum integrum accipiat, niſi propter miſſionem ab alio faciendam, aliquid impendere, neceſſe habeat. Quod ſi magiſter *cœlebs eo tempore* moriatur, dimidium didactri, cognatis ipſius, vel ſi hi deficiant, Fiſco der Caſſæ defertur; altera pars dimidia mittenti ſodalitati der freyſprechenden Cameradſchafft accedit. Conf. Dn. Wildvogel *Diſſert. de Buccinat. th. 22.*

CAPUT

CAP. XII.
de Miſſione. Vom Freyſprechen.

Conſpectus.

Miſſio tironis emancipationi vel miſſioni militum eſt ſimilis. n. 690. 691.
Ratio vocabuli Freyſprechen *indagatur. n. 692.*
Miſſio opificiaria deſcribitur. n. 693.
Anticipatio miſſionis an licita. n. 694. 695.
Cauſæ, Subjectum, objectum & forma miſſionis. n. 696. & ſeqq.
Miſſio pueri non poteſt clam fieri, absque autoritate Collegii. n. 699. 700. 703.
Miſſionis actus matriculæ inſcribendus. n. 701.
Solvuntur denique ſportulæ & datur atteſtatum. n. 702.
Debent in miſſione tironis etiam ſocii eſſe præſentes. n. 704.
Atteſtatum doctrinæ non debet ultra limites opificii concipi. n. 705.
Quantitas ſportularum ſolvendarum variat. n. 706.
Ritus injurioſi & ſcandaloſi circa miſſionem. n. 707. 708.
Epilogus Autoris. n. 709.
Ceſſat miſſionis neceſſitas in quibusdam perſonis. n. 710.
Exemplum vexationis opificiariæ proponitur. n. 711.
Ludus Mercatorius & Neptunius explicatur. n. 712.
Scandaloſi ritus prohibiti ſunt. n. 713.

§. I.

ULtimum quod in Tyrone opificiario conſiderandum habemus, Miſſio 690
eſt, ſeu modus deſinendi; Emancipationem dixeris, ſi modo opificiaria ſeu magiſtralis ſit, ut patria vel dominica poteſtas; & eſt quædam analogia, & jus aliquod Magiſtris in pueros competens, emendandi videl. ut *ſup. Artic. 10.* adfuit; ſed iſtud & propinquis competit. *Tit. Cod. de Emendat. propinq.* Et propior eſt ad militiam comparatio; cum & Fabricenſes militare 691
dicantur. *l. 6. C. de Fabricenſ. lib. XI.* ſtipendiorum ac militiæ finem aſſecuti *ibid.* cur non & Tyrones, poſt ſpatia doctrinæ emenſa, mitti dicamus? termino militari; atque ſic in eadem dicendi figura, qua cœpimus, diſcurſum quoque claudamus? Ipſi tamen opifices ad emancipationem reſpectum habere videntur, quando germanico eoque artis termino Freyſprechen / liberum

berum pronunciare dicunt, item: Loß geben: vocant etiam die Lehre beken-
692 nen / à teſtimonio doctrinæ: Nam Magiſter coram collegio, tyronem præſentem, & annos conventos tranſegiſſe, & artem pro conditione ſua ſatis percepiſſe, profitetur, incidenter etiam de vitæ innocentia teſtatur, hab ſeine Jahr redlich ausgeſtanden / das Handwerck recht begriffen / und ſich dabey verhalten / wie einen ehrl. Jungen wohl anſtehet / daß er mit ihm können zu frieden ſeyn. Unde ipſi actui ſeu toti apparatui nomen acceſſit, ein Freyſprechen / ut ſi dicendum ſit: Eſſe Collegio actum miſſionis: dicatur: Sie
693 haben ein Freyſprechen: ceremonias & convivium intelligendo. Eſt igitur miſſio hæc Actus opificiarius ſolennis, quo Magiſter diſcipulum, annis diſciplinæ transactis, coram arca, h. e. collegio ſolenniter congregato ſiſtit, artis perceptæ, vitæ inculpatæ, ac potiſſimum temporis rite transacti fidem facit, atque adeò qualicunque juri in eundem quæſito renunciat, ac collegio abſolvendum commendat, ad hoc ut ſtatum ſocialem aſſumere valeat. Neque enim immediatus eſt de Puero ad ſocium ſeu boëthum tranſitus.

ANNOTATIONES.

694 * *Transactis.* Aliquando etiam non exacto integro ſpatio doctrinæ vor völligen Ablauff der Lehr-Jahre, miſſio ſub certis conditionibus conceditur, ſi modo ſatis inſtructus fuerit tyro; Uti habent Privilegia Buccinatorum confirmata à Ferdinando II. Imp. de dato Regenſpurg anno 1623. den 27. Februar. *Num. 11.* Da ein Lehr-Jung vor Ausgang ſeiner zwey Jahren zum Freyſprechen qualificiret wäre, ſo ſoll ſein Lehr-Meiſter ihn, doch mit der Condition, zu erlaſſen befugt ſeyn, daß er vor Verſtreichung beſtimmter zweyen Jahren, keinen andern zu lehren, annehmen ſoll, bey Vermeydung jetzt angeregter Straffe, und der Junge nicht paſſiret werden. In Fall es aber geſchehe, daß ein Herr, oder Obriſter, Rittmeiſter und Befehlshaber, von einen Lehr-Meiſter einen Jungen begehren möchte, ſoll ihm ſolches zugelaſſen werden, und der Lehr-Meiſter ſeinen Nutzen mit den Jungen ſchaffen, biß ſo lange die beſtimmte Lehr-Zeit vorbey läufft, alsdann erſt die Freyſprechung geſchehen.

695 * *Immediatus.* Et ita quoque inter Buccinatores ex privilegio Ferdinandi III. Imp. ſervatur; Ut negotio miſſionis abſoluto, tyro quidem ſtatim liber & ſui juris fiat, ſalvo tamen reſpectu & ordine ſenioratus, ut ſcil. alium tyronem informare non poſſit, niſi prius per ſeptennium artem ritè excoluerit, & unius æſtivi caſtra ſecutus fuerit, einen rechten Feldzug, es ſey wider die Türcken oder andere Feinde gethan, vitæque bene geſtæ teſtimonium exhibeat. Quæ requiſita ad adipiſcenda plena jura conjunctim requiruntur, nec ſufficit unum. Et ſi vel maximè aulicus ſit buccinator, tamen ſi id honoris & commodi acquirere velit, ex aula in caſtra tranſire debet, juxta *d. Privil. n. 16.*

§. II.

§. II.

Miſſionis hujus per averſionem conſideratæ, Cauſa effic. principalis 696
& remota, eſt Jus conſuetudinarium, cui tota machina juris opificiarii involuta eſt; quoad quasdam autem partes ſui, ſtatutis etiam & jure ſcripto nititur. Propinqua & mediata, ſunt Collegia vel eorundem Deputati, ſi per amplitudinem ſuam convenire univerſi non poſſunt, aut egeſtas emancipandi ſumptus illos non admittit; aut collegæ per diverſa loca ſunt diſperſi. Cauſa movens, eſt contrahentium conventio & inſecutum imple- 697
mentum, ſeu diſtractus; Scopum uterque eſt aſſecutus; Puer artificium, Magiſter didactrum: æquum igitur eſt, ut alter alterum declaret liberum; ſed puero magis id opus eſt quam Magiſtro; propter ſtatum videl. quem intendit. Cauſa ſine qua non, erunt productio documenti nativitatis, & 698
ſportulæ ſeu ſumtus conſueti. Subjectum paſſivum ipſe Tyro eſt. Objectum, immunitas ſeu libertas ab incommodis ac præſtationibus miniſterialibus: Formam abſolvunt illi actus, & alicubi uſitatæ ceremoniæ, non abſimiles initiationi. Nam oportet ut Magiſtri ſeu Contribules convocen- 699
tur, & apud Primicerium congregentur, Arca Collegii aperta, tanquam ſymbolum ſolennis conſeſſus & qualiscunque Jdictionis opificialis formatæ, coram poſita reſeretur: Tum puer à Magiſtro ſiſtatur, & præmiſſa teſtificatione Collegio cum encomio commendetur. Quæ reverentia ſi col- 700
legio non exhibeatur, ſed puer clam dimittatur, ſolius magiſtri autoritate, non levis Collegii contemptus reputabitur, quem omni ratione vindicare non ceſſabit; nam & literis ad vicina collegia perſcriptis denunciare ac diffamare ſolet, & Socii ſeu Boëthi nuncupativa traditione tanquam de ore ad os ulterius diſſeminabunt, ut nusquam ſuſcipiatur, nicht gefördert / ſed ubique urgeatur, wird getrieben: ac ſi quondam redux, jura Magiſterii ambiat, tum demum in eorundem retia incidit, luiturus pœnam usque eo dilatam, ut libertatem reverà & ex nunc impetrare teneatur: prout in quadam cauſa ♀ 2. *Aug.* 1678. ſervabatur. Præſens autem actus, & communi- 701
bus votis liber declaratus, matriculæ denuo inſcribitur, his circiter formalibus: Heute dato den 29. Aug. iſt Mr. N. N. vor dem Handwercke vor offener Handwercks-Laden erſchienen / und ſeinem Sohn / welcher vor zweyen Jahren uffgedinget / mit Nahmen N. N. ausgelernt geben / und ihme ein gut Zeugniß ertheilet. So geſchehen Anno 1673. Uſitatæ quoque ſunt Spor- 702
tulæ, citra quarum ſolutionem hunc actum haud inſtitui, jam dictum. His omnibus ſuperadditur atteſtatum doctrinæ ſcriptum, ſeu documentum literarium, ſigillo collegii munitum, der Lehr-Brieff / peculiari honorario

redimendum; de quo alibi dicturi ſumus, ſub *rubr. de Fide Inſtrumentorum.*

ANNOTATIONES.

703 * *Convocentur.* Id injungunt Statuta der Innung des geſchenckten Handwercks der Nagel-Schmiede zu Franckenhauſen *Art. 19.* ibi: Wenn ein Lehr-Junge ausgelernet hat, und bleibet ihm ein Geſelle zu werden, den ſollen die Meiſter und Geſellen um die Gebühr zum Geſellen machen, und nach Handwercks-Gebrauch, aufs neue um Arbeit ſchauen.

704 * *Socii.* Debent in dimiſſione Tyronis etiam ſocii eſſe præſentes, modo ſint non diffamati, alias actus cenſetur nullus, tenetur tamen talis diffamatus, qui ſcienter actui intereſt, & ita cauſam invaliditatis præbet, ad intereſſe, & ſuis ſumtibus aliam tyronis dimiſſionem procurare debet. Uti habent Statuta des des geſchenckten Handwercks der Nagel-Schmiede zu Franckenhauſen *Artic. 22.* ibi: Wenn ein Junge allhie zum Geſellen gemacht wird, und iſt einer vorhanden, der etwan denckt, daß ihm nachgeſchrieben wäre, der ſoll nicht bey den Geſellenmachen bleiben, bleibet er aber dabey, und trägt den Junggeſellen, ſoll er ihn anders, auf ſeine Unkoſten, laſſen zum Geſellen machen.

705 * **Lehr-Brieff.** Eſt in ſpecie circa tale Atteſtatum doctrinæ obſervandum, quod non debeat ultra limites & operas opificii extendi, per hoc enim alteri Collegio foret præjudicium & facile confuſio quædam Collegiorum poſſet induci. Sic quando Ephippiarii Atteſtato ſuo doctrinæ quædam inſeruerunt de re loraria den Lehr-Brieff unter andern auf ſchwartz- und weiß Riemwerck eingerichtet, ad contradictionem lorariorum injunctum ipſis fuit, ſub pœna quinque imperialium litteras illas revocare wieder herbey zu ſchaffen, ſed cum ad Articulos ſuos provocarent, quibus clauſula hæc, forte per errorem, *inſerta* erat, atque pollicerentur, ſe inpoſterum ita geſturos, ut lorariis cauſa conquerendi adimatur, peculiari Reſcripto d. 12. Mart. 1651. à mulcta abſolvi meruerunt Verb. L. G. Was an Uns die Meiſter des Sattler-Handwercks wegen einer von ihnen dahero geforderten Straffe, daß ſie einem Geſellen einen Lehr-Brieff unter andern auch auff Riemer-Arbeit ausgefertiget, in Unterthänigkeit gelangen laſſen und gebeten, das befindet ihr aus der Inlage mit mehrerm, dieweil denn in ihrer alten Ordnung ſolche Riemers-Arbeit mit begriffen iſt; Als begehren wir hiemit, Ihr wollet ſie mit der angemutheten Straffe verſchonen, da es aber nöthig, mit Wiederſendung der Inlage unterthänig berichten. Conf. Beier p. m. in *Advoc. Opific. Cap. 32. §. 2. & ſeqq.*

* *Hono-*

* *Honorario.* Quantitas illius variat, pro diverſitate Collegiorum; Juxta Statuta Franckenhuſana Collegii Piſtorum *Artic. 23.* exiguntur 15. Groſſi arcæ inferendi, ibi: Zum drey und zwantzigſten, wenn einer ſeinen Lehr-Brieff bey dem Handwerck abfordert, ſoll er funffzehen Groſchen in die Lade einlegen, doch ſollen des Meiſters Söhne, mit halben Gelde begnadet und mehr nicht als 7½. Groſchen einzulieffern ſchuldig ſeyn. Juxta Statuta Balneatorum in Schwartzb. Reichs-Ambt Gehren *Artic. 8.* in fine, ita diſpoſitum legitur: Ingleichen bey den Loßzehlen 2. Gülden, halb dem Ampte, und halb der Lade, ſo auch zwey Groſchen Schreib- wie auch ein Thaler Siegel-Gebühr, von Lehr-Brieffe in die Handwercks-Lade zahlen, und auf ſeine Unkoſten den Lehr-Brieff ſchreiben laſſen. Idem Fürſtl. Sachſen-Weymariſche Bader-Ordnung *Artic. 11.* Ein Frembder, wenn er wieder loß geſprochen wird, iſt er wiederum 6. Groſchen zum Forder-Gelde, und zweene fl. loß zu zehlen; Ein Meiſters Sohn aber, dem Herkommen gemäß 12. Groſchen an Loßſprechungs-Gebühren, alſobalden unweigerlich zu erlegen, ſchuldig. 706

§. III.

Et hæc *ſeriò geruntur. In quibusdam Collegiis emancipationes fiunt cum injuriis & alapis. *Nov. 81. proœm.* Inſpexeris enim, vanam obſervationem cuſtodiri, & circumductiones inextricabiles & injurioſa rhapiſmata, quorum nullus rationabilis invenitur exitus. *l. 6. C. de Emanc. lib.* adduntur vexationes & ludicra tyrocinia, quibus libertatis hicce candidatus antè ſubjicitur ac variè exercetur, conſtituto, ad imitationem Depoſitionis academicæ, Depoſitore, quin Sacrificulo & Patrinis, imaginario baptiſmo adhibito, novum tribuitur nomen, & ſi quæ ſunt alia, quibus divinum profanatur nomen, divina quoque provocatur vindicta, quæ partim ignorantur, quia clam habentur, aut ſi quos teſtes & hoſpites invitant, ejusmodi ſunt, qui ſuis in collegiis paria ſervant, &, quæ inveterata conſuetudine nituntur peccata, virtutes reputant. Nos, quæ plura dicere nunc vetamur, alii ſervabimus loco atque tempori, quando videlicet de Creatione Sociorum hæc proferendi occaſio commodior redibit. 707 708 709

ANNOTATIONES.

* *Geruntur.* Ceſſat miſſionis neceſſitas in quibusdam perſonis, nimirum in iis, qui non opificii vel artis exercendæ cauſa, ſed ob alium finem didicerunt. Ita in Buccinatorum tyronibus, quos Princeps aliquis ad ſuam commoditatem in doctrinam dedit, illa miſſionis ſolennitas non requiritur, ſiquidem proprie ſub jure & nexu Collegii non continentur. Ita habent Privilegia Buccinatorum 710

confirmata à Ferdinando II. Imp. *num. 2. in fin.* prout exhibet Limneus *Tom. II Addit. ad Lib. III. cap. 10.* Verb. Vielweniger ein Lehr-Jung ohne Vorwiſſen der Trompeter, ſo bey der Auffdingung geweſen, frey geſprochen werden; Da aber andere Trompeter, ohne der Auffdinger Beyſeyn, und ohne Einwilligung einiger Freyſprechung ſich unterſtünden, ſo ſoll ein jeder unnachläßig um zwantzig Reichs-Thaler geſtrafft, und der ſolcher Geſtalt freygeſprochene Junge, unter ehrlichen Trompetern nicht paſſiret werden, doch der Chur- und Fürſten Jungen, welche ſie auffdingen laſſen, ausgenommen.

411 * *Vexationes.* Exemplum talis vexationis proponit Reichenbach. in *Diſſertat. de Statut. Cap. 4. n. 89.* in cauſa M. S. Drechsler-Geſellen, Verb. Actor er hätte ſich von Lehr ſeinen Geſellen-Jahren loßſprechen laſſen, und wäre nun übrig, daß ihm die Geſellen auch abſolviren, und nach Handwercks-Gebrauch hobelten, und einer einen Pfaffen agirte; Erwehnte Geſellen aber wolten das nicht thun, und alſo würde er auffgehalten, daß er nicht fortwandern könte; cui reponebant rei: Es wäre jetzo kein Geſelle da, der ſolches verſtünde, und würden wohl viel Perſonen dazu gebrauchet, zudem müſte einer eine lange Predigt thun, und wenn ſie es nicht recht machten, würden ſie ausgelachet, ſonſten wäre es auch bräuchlich, daß es dem Pfaffen etliche Wochen zuvorhero geſaget würde, daß er ſich könte darauff geſchickt machen.

412 * *Depoſitionis.* Deſcribit hunc modum Marquardt. de *Jure Mercat. Lib. III. Cap. 2. n. 31. & ſeqq.* his verbis: Sic ad imitationem ritus depoſitionis ſcholaſticæ & anni probationis inter monachos initiati, in quibusdam Collegiis mercatorum hæc perverſa conſuetudo recepta eſt, ut tirones, priusquam huic ordini initientur, multis & variis moleſtiis & vexationibus duris inaugurentur. Qualis conſuetudo adhuc hodie in Bergenſi Hanſeaticorum Canthorio in obſervantia, quod vulgo Spielen indigitant, ubi tiro aliquis vitæ atque ordinis mercatorii, etſi hero ſuo per annos præfinitos ſatis deſervierit, liberaliter viciſſim ab eo eſt edoctus, atque in omnem partem diſciplinæ eſt confirmatus, ut jam poſthac rebus contrahendis judicetur accommodatiſſimus, & in omnibus, quæ ſolertem ſcire mercatorem, eſt æquum, gnaviter profecerit, niſi tamen prius *Ludum mercatorium* colluſerit, hoc eſt, niſi ridiculus eſſe, plagas, balneum, ſuſpendium, fumum, uſtulationes, & neſcio quæ præterea tormenta alia, nonnunquam cum vitæ periculo, perpeti ſuſtinuerit, non in numerum mercatorum recipitur, neque privilegiis, quibus alii perfruuntur, pari jure gaudere, ipſi pleniſſime permittitur. De quo Herm. Kirchnerus *de Rep. Diſſ. XIV.* in hypotheſibus ita diſſerit: Bergenſium in Norvegia mercatorum

con-

conſuetudo qua tirones ſuos, Collegio ibidem initiando, multo immanius, quam olim Lacones ad aram Dianæ & puberes & impuberes ad animæ usque exhalationem cædebant, *Ludo*, uti appellant, *Neptunio* vulgo, Waſſer-Spiel accipiunt, & ſingulis annis ad octennium usque, (quod tamen poſtea ad triennium reductum eſt) miſerrime flagellant & tantum non excoriant, ne quidem in barbarorum moribus ferenda.

* *Peccata.* Tales proinde ritus & ineptas ceremonias in miſſionibus Tyronum expreſsé ſublatas voluit Sereniſſimus Dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis Reglement der Handwercker de dato Zelle den 4. Aug. 1692. *num. 25.* ibi: Wenn nun ein ſolcher Lehr-Junge ſeine Lehr-Jahre ausgehalten, ſoll er in Gegenwart des Ampts-Meiſters und Geſellen loßgeſprochen, jedoch alle bißhero bey ein und andern Handwercken dabey eingeriſſene, unerbare, ärgerliche, ja theils gottloſe Formalitäten, Actiones und Reden, bey Vermeidung ernſter Beſtraffung, gäntzlich eingeſtellet; denn auch den alſo Loßgeſprochenen wegen Bewirth- und Beſchenckungen Meiſter und Geſellen, keine Unkoſten gemachet werden. Geſtalt denn jedes Orths Obrigkeit dießfalls ſcharffe Auffſicht zu tragen, auch ſo lange als es nöthig, und ſolche abuſus völlig abgeſchaffet, jemanden zu deputiren, der ſolcher Loßſprechung der Jungen, jedoch ohne Entgeld beywohne. 713

(*NB. ad n. 379.*)

Geburths-Brieff.

ICh Wilhelm Ludewig von Harſtall / auf Mihla / Creutzburg und Altenporſchla / Entbiete allen und jeden / weß Würden oder Standes die ſeynd / denen dieſer offne Brieff zu ſehen / hören oder leſen vorkömmet / meine bereitwillige Dienſte / darneben zu wiſſen fügende / daß vor mir erſchienen / Margaretha S. Weiland Matthes S. geweſenen Hufſchmiedts und Inwohners allhier / nachgelaſſene Wittib / und zu erkennen gegeben / wie daß ihr Sohn Liborius S. ſeines Handwercks auch ein Hufſchmiedt / geſonnen wäre / in der Hoch-Fürſtl. Sächſiſ. Reſidentz-Stadt J. mit E. E. Handwerck der Hufſchmiede ſich in Zunfft / und allda wohnend nieder zulaſſen / deßwegen er ſeiner ehelichen Geburth / ehrlichen Herkommens und Verhaltens / Kundſchafft und Zeugnüß / deſſen er ſich ſeiner Ehren-Nothdurfft nach / zu aller Beförderung / und ſonſt vorfallender Gelegenheit zu gebrauchen haben möchte / bedürfftig wäre / mit demüthiger Bitte / ihme deſſen Schrifftlich beglaubten Schein mitzutheilen und wiederfahren zu laſſen. Wenn ich denn dieſes Su-

chen vor billich befunden / auch vor mich ſelbſt allezeit geneigt bin/ einen jeden zu ſeiner Nothdurfft / beförderlich zu erſcheinen, So habe ihme ſolches nicht verweigern können / ſondern darauf zwey meiner Unterthanen / Nahmens Hans H. und Curt B. beyde Gerichts-Schöppen und Mitnachtbahrn alhier/ als glaubwürdige Zeugen / vor mich erfodern laſſen / dieſelbe mit Ernſt und bey Eydes-Pflicht / damit Sie zuförderſt GOtt dem Allmächtigen und Mir / als ihrem Gerichts-und Lehn-Junckern zugethan und verwandt / befragt / und eigentliche Erkundigung eingezogen / was ihnen um gedachten Liborius S. eheliche Geburth und Herkommen bewuſt / und es vor gründliche Bewandnüß habe / welche denn mit entblöſeten Häuptern / wohlbedächtig und einhellig/ bey ihren guten Chriſtlichen Gewiſſen bekannt und ausgeſaget / und dieſen Bericht gethan; daß ihnen wohl wiſſend / kund und wahr ſey / daß mehr-gedachter Liborius S. von ehrlichen / chriſtlichen und frommen Eltern erzeuget und gebohren / ſein rechter natürlicher Vater wäre geweſen, der erbare Matthes S. auch Huffſchmidt und Jnwohner allhier/die Mutter Margaretha/ N. ſeel. allhier nachgelaſſene eheleibliche Tochter / welche beyde Eheleute / nach GOttes Ordnung und Chriſtlicher Gewohnheit ſich in den Stand der Heil. Ehe begeben / und den 3ten Sonntag nach Trinitatis Anno 1636. allhier zu Mihla öffentlich zur Kirch und Straſſen gangen / und ſich durch den damahligen ordentlichen Pfarrern/Herrn M. Franciſcum H. ehelich copuliren und trauen laſſen / in welchem ihren Eheſtande Sie unter andern mehr Kindern / dieſen ihren Sohn erziehlet und zur Welt gebohren den 28. Martii Anno 1649. allhier zu Mihla / welcher von Liborio C. Mit-Nachtbahren alldar / dem HErrn Chriſto in der Heil. Tauffe vorgetragen / vom Herrn M. Heinrich Himmeln/ als nochlebenden treufleißigen Pfarrer hieſiges Orths / dem Gnaden-Bund GOttes einverleibet / und Liborius genennet worden.

Weilen denn obengemeldte Perſonen dieſe ſeine eheliche Geburth / erzehlter maſſen kräfftiglich bezeuget / mir auch ſelbſt anders nichts bewuſt / als atteſtire hierauff zuſteur der Wahrheit in Krafft dieſes offenen Brieffs / daß offternanter Liborius S. von ehrlichen und chriſtlichen Eltern in einem reinen/ unverdächtigen / keuſchen und unbefleckten Ehe-Bette / aus freyen teutſchen Geblüte / recht ächt und ehrlich erzeuget und herkommen / und nicht der Art iſt/ welche man in ehrlichen Handthierungen / Zünfften und Gewerben zu tadeln oder gar zu verwerffen pfleget. Gelanget demnach an alle und jede/ wie obgedacht / denen dieſe Geburths-Kundſchafft zu leſen oder hören vorkommet/ mein reſpectivè freund-und fleißiges Bitten / Sie wollen ſolchem allen / wie erzehlet / ſonder Bedencken/ nicht allein vollkommenen Glauben beymeſſen/ ſondern dieſen

dieſen Liborium S. umb ſeines ehrlichen Herkommens und guten Verhaltens willen/ zu aller Beförderung / Gunſt und geneigten guten Willen/ zu aller Beförderung ſich recommendirt und anbefohlen ſeyn laſſen / in ehrlichen Zünfften und Innungen / gutwillig auf- und annehmen / und ſein Vorhaben nicht verhindern/ damit dieſer meiner wahrhafften Kundſchafft und Beförderungs-Schrifft er fruchtbarlichen Genieß empfinden möge; Das wird er hinwieder danckbarlich erkennen / und ich bin es in allen andern Begebenheiten um einen jeden nach Standes Erheiſchung / zu verſchulden gantz willig und gefliſſen. Urkündlich habe ich mich eigenhändig unterſchrieben/und mein Adel. angebohren Petſchafft zu Ende dieſes Brieffs hängen / und ſelbigen offt-ernannten Liborio S. aushändigen laſſen / Geſchehen Mihla/den 19. Junii / Anno Chriſti / 1676.

Auffding-Brieff.

refer. ad n. 341.

Zu wiſſen / kund und offenbahr ſey männiglichen mit dieſem Brieff / daß anheut dato der Ehrſame/Meiſter A. B. Schumacher und Bürger zu C. ſeinen Sohn D. dem auch Ehrſamen Meiſter E. F. gleichfalls Bürgern zu G. ihn das H. Handwerck zu lehren/auf Weiſe und Maaß wie hernach folget/ und in Beyſeyn zu End bemeldten/ hierzu inſonderheit beruffener und erbethener Gezeugen verdingt; Nehmlichen und für das erſte/ ſo ſoll er E. F. gedachten Jungen D. ietzund alſobalden zu ſich in ſeine Behauſung und Werckſtatt nehmen/und ihn die nechſte/ nach dato dieß Briefs kommende zwey Jahr/ das H. Handwerck und was demſelben anhängig / mit Fleiß und in ſolchen Treuen / daß es dem Lehr-Jungen nütz / Ihm aber / dem Lehrmeiſter / rühmlich ſey / lehren / und ermeldte Zeit ihn den Lehr-Jungen der Nothdurfft nach / mit Eſſen und Trincken / unterhalten / verſehen und verſorgen. Hiergegen aber ſoll gedachter D. der Lehr-Jung / ſich in mehr-ermeldten zwey Jahren / wie einem ehrlieben Jungen geziemt / ehrlich / redlich / auffrichtig / fromm / wohl und unklagbar verhalten / beſagten E. ſeinem Lehrmeiſter / wie nicht weniger deſſelben Ehefrauen / in allen billigen Sachen Gehorſam leiſten / und was ihme von denſelben jederzeit anbefohlen wird / fleißig und treulich verrichten / ihren Nutzen / Ehr und Frommen / ſo viel ihme möglich / fördern / und Schaden oder Nachtheil warnen und wenden / auch die berührte zwey Jahr ausdienen. Und ſoll demnach erwehnter A. B. ſein / des Lehr-Jungen Vater / ihme Meiſter E. F. für Eſſen / Trincken / Mühe / Arbeit und Unterrichtungen liefern und entrichten

ten J. Gelds und ſeiner Ehefrau zu einer Verehrung K. guter gänger und genehmer Währung / auch den halben Theil / ſamt der Frauen Verehrung / nach Verflieſſung des erſten halben Jahrs / den andern halben Theil aber / zu Eingang des andern Jahrs bezahlen: Alſo und mit folgendem Anhang / wann er B. der Lehr-Jung vor Verſcheinung des erſten halben Jahrs / ohne billige oder erhebliche Urſachen von ihme E. F. dem Lehr-Meiſter gehen oder lauffen / oder aber nach dem Willen GOttes des Allmächtigen / Todes verbleichen würde: Daß dann er A. des Lehr-Jungen Vater / ihme E. dem Lehr-Meiſter für Eſſen und Trincken / nach Biederleuten Erkänntnüß / ſeinen Willen machen ſolle. Im Fall aber er D. der Lehr-Jung / nachdem er das erſte halbe Jahr völlig erreicht / etwan durch den zeitlichen Todt hingenommen / oder ohne erhebliche Urſachen / hinweg lauffen würde: Daß dann ihme E. dem Lehr-Meiſter das halbe Lehr-Geld; Wofern aber er D. der Lehr-Jung / nach Verſcheinung des vollkommenen erſten Jahrs / und alſo in dem andern Jahr / ohne rechtmäßige Urſach / von ihme ſich begeben / oder Todes verſcheiden würde / daß auf ſolchen Fall E. dem Lehr-Meiſter das gantze und vollkommene Lehr-Geld verfallen ſeyn und bezahlet werden ſolle. Da auch inzwiſchen und mehr-angezogenen beyden Jahren Meiſter E. der Lehr-Meiſter Todes abgehen würde; Daß ſeine hinterlaſſene Erben / ihn D. den Lehr-Jungen / in ihren Koſten / bey einem andern redlichen Meiſter auslernen zu laſſen ſchuldig und verbunden ſeyn ſollen / erbarlich / getreulich und ohne Gefährde.

Wann dann nun beyde Theile dieſe Verdingung in den vorgeſchriebenen Worten / Clauſuln / Puncten und Articuln angenommen / daſſelbige Verding alſo zu halten / in Beywesen der Ehrenhafften M. N. O P. und Q. R. aller Bürger zu S. als Gezeugen / und J. des Käyſerl. Notarii hierzu inſonderheit beruffen / erfordert und erbethen / einander bey Hand-gegebenen Treuen zugeſagt / gelobt und verſprochen / auch aller und jeder Gnaden / Freyheiten / geiſtlicher und weltlicher Gerichten / Rechten / Auszügen und Behelffen / ſo ein- oder die andere Parthey hierwieder zu Schutz und Schirm fürwenden möchte / ſamt der Rechten gemeiner Verzeihung / ohne vorhergehende Sonderung wiederſprechend / ſich wiſſend und wohlbedächtig verziehen und begeben haben: Als ſeynd zu künfftiger Gedächtnüß dieſer Briefe zwey / an Worten gleichen Inhalts / verfertiget / mit einer Hand geſchrieben / Kerfweiß aus einander geſchnitten / und auf beyder Partheyen Anhalten / mit T. des Käyſerl. Notarii, und gleichfalls Bürgers zu S. Inſiegel beſiegelt / doch ihme und ſeinen Erben ohne Schaden / 2c. Actum &c.

Lehr-

Lehr-Brieff.

refer. ad n. 702.

WJr N. N. und N. N. Bürgere und in dieſer Zeit verordnete und geſchworene / reſpectivè Alt- und Jung-Meiſtere / ſamt allen unſern Amt- oder Zunfft-Brüdern / der löblichen Chirurg oder Barbierer-Kunſt / in der Königl. Dännemärckiſchen / im Fürſtenthum Holſtein an der Elbe belegenen Veſte Glückſtadt / Entbieten allen und jeden / wes Standes / Würden / oder Dignitäten die ſeynd / denen dieſes vorkömmet / Inſonderheit aber allen wohl-ermeldeter löbl. Chirurg- oder Barbierer-Kunſt verwand und zugethanen Ehrſamen Meiſtern und Geſellen / an was Ort oder Enden die ſeyn mögen / unſeren gebührenden und freundlichen Gruß / und geben ihnen hiermit zu vernehmen / daß heute unten dato, vor uns und dem gantzen Amte / als wir deswegen ſonderlich verſammlet geweſen / erſchienen iſt / N. N. des Ehren-wohlgeachten und vornehmen N. N. Bürgern allhier eheleiblicher Sohn / und hat uns gebührlich zu vernehmen gegeben / was maſſen er bey dem Ehren-wohlgeachten und Kunſtreichen Meiſter N. N. Bürgern und dieſer Zeit unſern Mit-Amts-Verwandten und Zunfft-Brüdern allhier / zwey Jahr lang vor einen Lehr-Jungen gedienet / und nun / nach geendigten ſolchen ſeinen Lehr-Jahren gewillet wäre / im Nahmen GOttes ſich auch in die Fremde zu begeben / und ein mehrers zu verſuchen / mit angehängten bittlichen Anſuchen / wir möchten ihme ſeiner ausgeſtandenen Lehr-Jahre und ſeines Verhaltens ſchrifftlichen Schein ertheilen. Wann wir dann ſolchem geziemenden Anſuchen und Bitten billig ſtatt geben / und auff unſer und des gantzen Amts gebührliches befragen / derſelbe ob Ehren-gemeldter unſer Mit-Amts-Verwandter und Zunfft-Bruder N. N. bey den Pflichten / damit er uns und dem Amte verwandt iſt / freywillig und öffentlich bekannt und wahr geſagt / daß bey Ihme der gemeldte N. N. ſeine zwey gantze und volle Lehr-Jahre an einander / nemlich von Oſtern Anno N. biß Oſtern Anno N. nicht nur vollenkommen ausgeſtanden / und die gemeldte Kunſt und was darzu gehöret / gelernet / ſondern auch ſich jedesmal getreu / fleißig / gehorſam / ehrlich / züchtig / und allermaſſen gantz rühmlich wol verhalten und bezeiget habe / daß er und die Seinigen / wie auch männiglich mit ihme gar wol zu frieden geweſen; Er auch dannenhero ihn ſeiner Lehre / frey / ledig und loßgeſprochen hat. Und wir ſolches alles in gutes Anmercken genommen / auch gedachten N. N. (als der ſich ſo fort gegen uns und das gantze Amt / aller Gebühr nach bezeiget /) in unſer Amts-Buch eingeſchrieben haben;

den: Als certificiren / bekennen und zeugen wir hiermit von dieſen allen / Krafft dieſes Briefes / nebſt gebühr-freundlichem Erſuchen / Bitten und gütlichen Begehren / man wolle nicht allein ſolch unſerm wahrhafften Gezeugnüß guten und völligeu Glauben beymeſſen / ſondern ouch offt-ermeldten N. N. ſeiner wolausgeſtandenen Lehr / und guten Verhaltens halber / in Amt / Zunfft / Gülden / und andere löbl. Geſellſchafft / Beliebungen und Zuſammenkünfften / gerne und willig auf- und annehmen / und ſonſten mit Gunſt und Wolgewogenheit ihme aſſiſtiren. Geſtalt wir ihn hiemit zu aller günſtigen Beförderung und wohlgeneigten Willens Erweiſung beſter maſſen recommendirt haben wollen. Mit Erbietung / ſolches in gleichen und andern Fällen / euſerſter Müglichkeit nach / gantz gerne zu erwiedern. Zu Urkund deſſen / haben wir Unſer Amts-Inſiegel / an dieſen unſern ausgegebenen offnen Lehr-Brieff gehangen / das iſt geſchehen und gegeben / in obgemeldter Königl. Veſte Glückſtadt, den April. Im Jahr nach Chriſti unſers Erlöſers Geburth / N. N. &c.

Ein anderer
Lehr-Brieff.

WIr hernach benahmte geſchworne Ober- und Handwercks-Meiſter des Hufſchmied-Handwercks in der Fürſtl. Sächſ. Reſidentz-Stadt E. mit Nahmen Joh. Chriſtoph R. und Paul O. entbieten jedermänniglichen / weß Standes / Ehren und Würden die ſeynd / ſonderlich aber dem Hufſchmied-Handwercke an allen Orten und Enden / do Zunfft / Innung und Handwercks-Ordnungen gehalten werden / unſern günſtigen und freundl. Willen / neben gantz willigen Dienſten zuvor / und fügen darneben zu wiſſen / daß vor uns in Beyſeyn des gantzen Handwercks unten dato erſchienen iſt / Liborius S. des Ehrſamen und Achtbaren Matthes S. geweſenen Hufſchmieds zu Mihla ſeel. nachgelaſſener Sohn / uns anzeigende vorbracht / wie ihm ſeiner ausgeſtandenen Lehr-Jahr Kundſchafft und Zeugniß von nöthen ſeyn wolte. Demnach uns mit Fleiß erſuchet und gebethen / ihme dieſelbe von Handwercks wegen mitzutheilen und auszuhändigen. Wann uns dann ingeſammt und ſonders nicht allein guter maſſen bewuſt / daß benambter Liborius S. den 21. Martii Anno 1669. bey unſern Mit-Meiſter Hanß Georg K. damahligen Fürſtl. Sächſ. Hufſchmied / das Hufſchmied-Handwerck zu lernen / vor offener Laden uffgedinget und angenommen / ſondern auch ſeine vorgeſetzte drey Lehr-Jahr in Fürſtl. Hofſchmiede / wie ſich es ziemet und gebühret / ausgeſtanden / auch nach ausgeſtandenen und verfloſſenen 3. Jahren / nehmlich den 21.

Martii

